

Wid ed. 8. Wap.

IV A 884

~~478~~

~~Agg~~

Wid. 884.

pp. 10

4312

Nov 7 8




HIERONYMI PRÆTORI,
Professoris quondam Aca-
demie Jenensis,

THEATRUM
ETHICUM
&
POLITICUM.

*Ab ipso Autore recognitum &
NOTIS ad Philosophia practica
intelligensiam perutilibus illu-
stratum.*



Editio Nona.



Sumptib. MATTHÆI BIRCKNERI
Bibliop Jenens.

ANNO M DC LXIII. e

ci

HERONYMI PRÆTORII

Professoris quondam Acad.
denique Senensis

THEATRUM

ETHICUM

&

POLITICUM.

Ab ipso Autore recognoscitur &
NOTIS ac Philosophicis præfatis
illustratum auctore Joh. ...

E BIBLIOTHECA
LYCEI
WERNIGERODANI.

Ediit Novus.

Handwritten signature

3. typis MATTHÆI LICHNERII
Lithog. Koenig.

ANNO MDCCLXIII.



THEATRI ETHICI

Proœmium.

ETHICA ($\lambda\pi\omicron$ ἔθους ἢ ἐθί-
ζεσθαι *ab assuescendo*, sive
 $\lambda\pi\omicron$ ἔθους ἢ ἠθους *vel ἔθους à*
moribus dicta), hoc loco
accipitur in illa significatione,
quâ non universus totius Practi-
cæ Philosophiæ est complexus (a)
sed ut à reliquis disciplinis ope-
ratricibus distincta, *specialem*
constituit, eamque non eo respe-
ctu, quo specialiter talem vel Ta-
lem, sed in genere bonum virum,
in quocunque statu is sit consti-
tutus, virtute imbuendum perficit.

THEATRUM

cit. Et in hac uti & in aliis disciplinis practicis tria sunt consideranda, Finis, Subiectum & Media.

Etenim de fine (non quidem an sit : id enim supponi debet, sed quid sit?) nos certos esse oportet primò. Nisi enim ille primò sit cognitus, nulla eorum, quæ ad finem ducunt, notitia haberi potest. Hinc rectè asserunt Philosophi, *mediorum cognitionem a finis pendere cognitione, & Electionem mediorm posteriorem esse intentione finis* : respectu scil. illius qui proponit sibi finem per media consequendum. (β) Post finem itaque de Mediis agendum est, quibus comparari finis potest. Sed quia nec media illa investigari rectè possunt, nec finis in subiectum per ea introduci, nisi subiectum quodammodo cognitum habeas, necesse est, ut illud

lud

ETHICUM.

Id quoque præcognoscas. Non tamen proprium est harum disciplinarum, objectum suum contemplari, sed potius certum finem in illud introducere, aut certa aliqua ratione id perficere.

Finis autem hujus disciplina duplex est, internus & externus. Internus est hominem virtutibus informare. Externus beatitudo sive summum bonum. Subiectum circa quod, sive objectum, est homo quatenus civiliter beandus. (γ) Quæ ultima verba modum, hoc subiectum tractandi expriment, b. e. quatenus homo bono privatus est, & eidem recipiendo aptus (δ).

MEDIA SUNT VIRTUTES.

Ex hisce colligere possumus hanc Ethicæ definitionem; *quod scilicet sit (non ars, cum non in effectatione, neque scientia, cum non in contemplatione, sed actione*

consistat) prudentia hominem
ita virtutibus informans, ut sum-
mo fruatur bono.

Divisio ex dictis itidem mani-
festa. Quia enim disciplina pra-
ctica est Ethica ordine Analytico
traditur atque à fine exordium
sumit. (ε) Finis verò, uti diximus,
est summum bonum. Hoc ergo
primam Ethicæ partem, εὐδαιμο-
νολογίαν sc. constituit. Quia verò
hanc, uti modo diximus, scire
non sufficit, requiruntur & me-
dia ad hunc finem ducentia, vir-
tutes scil. quæ alteram itaque
partem, δευτερολογίαν constituunt.

CANONES.

1. Ethica Theologica non contra-
dicunt. (ζ)

2. Unde Christiano non indi-
gna. (η)

3. Singulis Decalogi præceptis,
coni-

totidem moralia Ethicorum praecepta ipsis singulis respondent.

4. Disciplina Ethica audior non potest esse quivis, cuius aetas aliarum disciplinarum capax est, sed ille demum qui praeterea recte etiam natus & educatus est, ut non tantum aliquod discrimen honestorum & turpium iam norit, sed etiam consuefactus non nihil sit ad animi affectus refrenandos.

5. Et si Ethica scientissimus esse potest etiam is, qui pessime vivit, Ethicus tamen, proprie loquendo, non dicitur.

6. Ethicus, verè ita dictus, ubi ferè occasio rectè agere potest, & agit etiam imò non potest aliter quam rectè agere.

7. Quod Ethicus rectum & salutare generaliter docet, id Politicus in Rempubl. introducit.

(α) Philosophia Practica ampliore
significatione sit nominata, &
πολιτικὴ & πρακτικὴ specialiter sic di-
ctam sub se complectitur. Ad il-
lam pertinent artes, quarum exer-
citatio à Philosopho aliena est:
Ad hanc pertinet *Ethica*: quæ in
genere virum bonum efficit, *Oeco-
nomica*, quæ frugum patrem familias
monstrat, & *Politica*, quæ civem
commodum instruit.

(β) Nam causa prior suo effectu, in-
tentio autem finis est causa ele-
ctionis mediorum: nemo siqui-
dem eligit media, nisi ex desiderio
finis.

(γ) Subjectum Ethicæ communiter
est duplex quod & quo, Subjectum
quo est anima rationalis: Subje-
ctum quod verò totus homo. *Pi-
colom. C. 1. Introd. Ethicæ* actiones
quatenus in iis natum est refulge-
re honestum, pro Subjecto Ethicæ
agnoscit. *Ast errat*: actiones enim
illæ sunt media ad summum bo-
num: Non autem media sed finis
introducendus est in subjectum
operationis; media verò propter
seem. Hinc

ETHICUM.

9

(d) Hinc constat 1. Subjectum Ethicæ esse practicum 2. Beatum tunc effici, quando bonum per virtutum actiones in subjectum conveniens introductum fuerit.

(e) Ethica non eadem constat methodo, quâ scientiæ reliquæ. Quia 1. in scientiis & in Ethicis non est idem notius; in illis principia, in his verò finis; à notioribus autem initium semper faciendū. 2. quod in scientiis principia, id in Ethica & disciplinis Practicis est finis: utrobique enim habent præmissarum rationem: at præmissæ inâ conclusione semper sunt priores. Uti enim principiata a suis principis, ita mediâ à suo fine notificantur.

(f) 1. Bonum bono non repugnat, sed perpetuo & concordat: Bona autem Ethica sunt verè bona: ea enim tractat: quæ ad pravos affectus, moraliter sanandos conducunt. 2. Deus uti causa discriminis honesti & turpis apud Ethicos; ita quoque hinc resultantis Ethicæ causa existit, uti & Theologiæ: Dona autem Dei inter se non pugnant & nihil per se est causa contrariorum. A s S

(H) Si enim indigna indignum etiam erit morum & honestatis exercitium, ac omnis e contra rufficitas & barbaries, imò omne genus flagitiorum quibus humana societas turbatur, laude digna essent, quæ absurdissima.

Partis Primæ.

SECTIO PRIMA.

Summi boni natura investigatur.

Questio hic non est 1. de bono ab hac vel illa actione speciatim intento. Sed generali five communi; neque 2. de bono φαινόμενον; sed ἀληθινόν neque 3. de bono κατά τι, quod aliqua tantum sui parte, aut certo respectu, bonum est, alio autem non bonum. Sed absoluto seu summo bono; eo tamen 1. non alterius, sed hujus vitæ. 2. non contemplativo sed pratico.

Et

Et tale unum aliquod summum bonum dari necesse est, (α) Cum enim non tantum omnis actio cum ratione suscepta propter certum aliquem finem sit, sed etiam finium illorum unus propter alterum, oportet ut in uno tandem omnia studia & actiones nostræ desinant, quod sit finis omnium, (β) i. e. ad quod omnia referantur cætera, ipsum autem aliò nusquam: nisi enim in ultimo aliquo demum acquiescerent, hominis appetitus in infinitum procederet, ac esset planè frustraneus: quæ sunt absurda. (γ)

Quale autem istud ipsum bonum sit, ut intelligamus, hoc utentur progressu: Summum bonum civile vel est voluptas, vel honores, vel divitiæ, vel contemplatio idearum Platonica, vel virtutis habitus, vel denique actio secundum virtutem. Quæ

præpositio ideo sufficiens centeri
debet. quia præter recensitas
nulla insignis circa præsens *Liby-*
ma existit opinio.

Atqui voluptas non est summum
bonum. Ubi non indigitamus vo-
luptatem animi (d) quæ conse-
quens præfectæ operationis vir-
tuosæ Arist. 10. Ethic. c. 4. & 5. Un-
de perficit quidem voluptas a-
ctionem bonam: sed non ut finis
cuius gratia actio honesta susci-
pitur; verum ut aliquid illi a-
ctioni superveniens: sed corporis,
in eaque summum bonum con-
sistere constanter negamus. 1.
summum bonum enim sive bea-
tudo homini ut homo est, tri-
bui debet. Voluptas autem ho-
mini ut homo est, non convenit,
sed & ipsi cum brutis communis
& 2. qui id summum potest dici
bonum, quod corporis vires in-
terimit, valetudinem vehemen-
ter

ter lædit, morbos parit innume-
ros, iuventæ florem ante tempus
devenustat, turpem lenectam ac-
celerat, mentis & ingenii aciem
hebetat, & denique hominem,
quantus est, totum cœno im-
mergit, ut amplius nihil nisi hu-
mile, spurcum possit liceat ve co-
gitare vel facere?

Neg, honor est summum bonum.
 Hic enim docente *Arist. l. Eth. c. 5.*
 non in ejus potestate cui defer-
 tur, sed illius qui eum alteri de-
 fert fieri etiam potest, ut quis, quic-
 quid agat, honorem meritum
 nunquam consequatur; Felici-
 tas verò in nostra esse potestate
 debet, ut si velimus adipisci eam
 possimus: frustra enim appeti-
 tus perfectionis illius à natura
 esset in nobis, si perfectio illa ita
 sese haberet, ut res ea, cujus est
 perfectio ad eam consequendam
 nō sit idonea. *Deinde summū bo-*
 num

num expetitur propter se: honor
autem non propter se, sed pro-
pter virtutem & ejusdem testi-
monium.

*Neque divitiae sunt summum bo-
num.* quia 1. non per se expetun-
tur, sed ejus quem in vita præ-
stant usum gratia. 2. privati causa
potissimum quærantur & possi-
dentur. 3. extra hominem sunt,
nec 4. constanter hominem co-
mitantur, imo 5. sæpe cum alio-
rum injuria parantur. De sum-
mo bono verò quis affirmare
hoc velit?

*Neque idearum contemplatio est
quod quærimus hic bonum.* Ete-
nim 1. quærimus bonum practi-
cum, non contemplativum. 2. et-
iam malis speculari valent ideas.
Quæ verò fuerit Platonis de ide-
is sententia, nostrum non est o-
perosius explicare. Videri pote-

od utramque sententiam non nobis hinc
fit

fit

rit latè ista deducens *Piccol. grad.*

9. *Phil. moral. c. 23. & seqq.*

Neg. summum bonum in virtutis habitu collocandum. 1. Enim cum habitus virtutis sine dubio sit aliquid ignobilius & imperfectius actione ipsâ, quæ est secundum virtutem (nam propter hanc habitus ille est) summum autem bonum non sit, nisi quippiam omnium perfectissimum & nobilissimum: situm omninò illud erit non in habitu isto. 2. Habitus virtutis etiam inesse potest otioso & dormienti, quibus tamen non competit felicitas.

Relinquitur ergo ut statuamus summum bonum esse *virtuosam actionem*. Ut autem virtus adsit, etiam perfecta, requiritur vita, id est, oportet ut tota vita quis rebus honestis studeat.

Quibus ita explicatis, facile est describere, quid sit *felicitas* illa,

la, de qua haecenus disseruimus; nempe quod sit actio animæ rationalis (e) secundum virtutem optimam & perfectam in vita perfecta.

Dicitur 1. perfectam, de quo vocabulo variae sunt interpretum sententiae, Nos dicimus 1. Cuiusvis virtutis actio est summum bonum; scil. cum perfecta inest homini. Hinc 2. Virtus hic non aestimatur ratione sui, seu formaliter & abstractè quænam per se præstantior & perfectior alterâ? sed ratione subjecti. Constat enim virtute unâ hunc, alia alterum quempiam excellere, & virtutem unam perfectam esse atque completam in eo, qui cæterarum vix initium quoddam seu primum jecit fundamentum. Neq; enim ita connectuntur virtutes, ut unâ positâ omnes in gradu perfecto ac completo ponantur, & hoc

vulgè

vult Arist. cum i. Eib. c. 6. circa finem dicit, εἰδὲ πλείους αἱ ἀρεταὶ κατὰ τὴν ἀρίστην καὶ τελειοτάτην
 Si plures sunt virtutes, secundum optimam & perfectissimam.

Diso 2. in vita perfecta (α) Sicut enim una hirundo, quod ajunt, non facit ver: ita nec una & altera actio bonam virtutem gignit, multo minus felix quispiam erit, qui semel atque iterum rem rectè in vita gesserit. Felicitas itaque est constans virtutis operatio ad extremum usque vitæ hælitum continuata.

NOTÆ.

(α) Sicut docente Thom. i. secunda q. 10 art. 2. In cognitione rerum, sive ut ille loquitur, processu rationis principium est illud, quod naturaliter cognoscitur; ita in processu rationalis appetitus oportet esse principium, sive primum aliquid quod naturaliter desideretur: hoc autem necesse est unum

α

& ultimum esse; nam natura non tendit nisi in unum.

(β) Finis hic ultimus est summum si-
ve optimum bonum. Cum enim
finis ea ratione, quā appetitur, sit
quid bonum (omnia siquidem sub
natura boni appetuntur) etiam
quā ultimus est, & ad quem alii
ordinantur, erit optimum si-
ve summum: intellige hīc in genere
humano: quidnam scilicet, ut Ci-
cero loquitur: *De finibus*, sit extre-
mum quid optimum, quo omnia
bene vivendi, recteque faciendi
consilia referenda sunt: quid se-
quatur natura ut summum ex re-
bus expetendis, quid fugiat, ut ex-
tremum malum.

(γ) Observandum ē. appetitum esse
duplicem *absq; cognitione*, qui nun-
quam vanus si-ve frustraneus, &
cum cognitione: Hic iterum du-
plex *perfectus* & *imperfectus*. Ille,
qui accuratam præsупponit ele-
ctionem frustraneus esse nequit,
ast hīc, qui est absque tali electio-
ne. 2. Appetitum humanum non
esse frustraneum *in genere* sum-
ptum, quamvis fortassis *hujus vel*

istius

istius hominis singulariter sumpti talis esse queat.

(d) Qui voluptatem animi summum statuunt bonum naturam & conditionem rerum pervertunt. Non enim honestè operamur ut lætemur, sed contra lætamur ut honestè operemur, ac ut constantius rectè agamus. *Addi potest*, quod ob animi voluptatem nemo dicatur bonus & beatus; ob summum autem bonum maximè aliquis bonus imò optimus dicitur.

(e) *Dicitur actio.* Omnium enim rerum, quæ agunt, perfectio & summum bonum consistit in operatione sive actione. Quia verò actiones hominis variæ sunt; & quidem partim ipsi communes cum plantis, ut crescere &c. partim cum brutis, ut currere, videre, &c. summum autem bonum hominis debeat esse proprium, subjungitur in definitione *animæ rationalis*, cujus actiones propriæ sunt hominis. Nam proprium opus cujusque rei tribuitur ei quoad formam suam: forma verò hominis est anima rationalis: Ergò per hanc habebit proprium suum opus.

Dici-

(2) Dicitur autem *vita perfecta* duplici modo *ratione etate us*: non enim in quamlibet *etatem* utpote *puerilem*, sed *judicio experientia ac usu confirmatam* cadit *felicitas*. 2. *Ratione durationis*: & hoc modo *constantia & continuatio per vitam* requiritur.

SECTIO SECUNDA.

Proponit CANONES.

1. *Omnia appetunt (appetitu vel naturali, vel animali vel rationali) bonum (a) intellige vel verum, vel apprens.*

2. *Omnia, excepta beatâ vitâ, propter aliud appetuntur.*

3. *Requisita summi boni sunt potissimum octo. Est enim 1. bonum proprium & domesticum. 1. Eth. 3. tum respectu speciei, ut scilicet hominis bonum (b) tum respectu individui, quod quam maxime afficit. 2. Difficiliter mobile ibidem h. e. quod auferri facile nequit. 3. Sui com-*

communicativum 1. Eth. 1. *quan-*
tum sc. permittit honestas. 4. Scipio
 contentum (v) 1. Eth. 5. *quia perfe-*
ctissimum. 5. Propter se expetibi-
 le 1. Eth. 3, & 5. *quia summum* (d) 6.
 Hominis studio comparatum, ut
 causa particulari 1. Eth. 4. 7. Non
 dormientis ac otiosi. 1. Eth. 3. Hic
 enim vivit vitam plantæ 1. Eth. 5. 8.
 non violentum, 1. Eth. 3. vel ratio-
 ne cause five acquisitionis, vel ra-
 tione usurpationis.

4. Felicitas Theoretica & Prædi-
 ca se mutuo non destruant.

5. Summum bonum morale in se
 continet omnia cætera bona moralia
 sc. virtualiter.

6. Cum alia sint fortuna, alia di-
 vitiæ, alia corporis bona; animi,
 propter subiecti excellentiam, maxi-
 mè bona vocamus.

7. Quod ad bonum summum pro-
 pius accedit, id & optabilius & me-
 lius est.

8. Fe-

8. Felicitas moralis est non mortuorum sed viventium.

9. Unde homo in hac vita potest esse beatus; quia formalem summi boni rationem, nempe virtuosam actionem in homine posse dari non implicat. (s)

10. Animal irrationale est actus et potentia expertus est hujus beatitudinis, infans vero actu tantum.

11. Hinc nemo nascitur eudaimon nisi potentia.

12. Miseria (b. e. actio vitiosa) et beatitudo practica in eodem subjecto nequeunt simul consistere.

13. Quemcunque fortuna casum invexerit, hunc maxime decorè et aptè fert beatus.

14. Virtutis actio, in qua consistit summum bonum non excludit illa, quae instrumenta quasi sunt et materia talium actionum.

15. Et si actio virtutis adeoque summam bonam carere in unum
sum

sum bonis fortune non potest (ζ) ca-
rere tamen potest his vel illis præfer-
rim qua per se ad vitam minus ne-
cessaria sunt.

16. Absurdum est, cum summum
bonum beatis attribuamus & con-
cedamus amicis non concedere.

17. Aliud est miserum esse, aliud
non beatum esse. Felix propter ad-
versitates potest esse non beatus b. e.
non exercere actionem virtuosam;
nunquam tamen est miser morabiter
b. e. vitiosè non agit.

NOTÆ.

(a) Bonum in formali sua si spectetur
ratione definiendum erit, id quod
cuiq; conveniens esse. Si verò ex-
pendatur secundum consequens,
rectè dicitur id est, quod omnia
appetunt. Quæ descriptio bono
tum in communi tum in particu-
lari convenit: illi primariò, huic
secundariò.

(b) Ratione primò acquisitionis, ut si
velimus illud, adipisci queamus,

2. Pos-

2. *Possessionis & usurpationis*, ita ut qui ejus est particeps non ab aliis petere aut expectare cogatur, sed sibi habeat eoque pro lubitu utatur, fruatur.

(γ) Non ich. quærens aliud extra se in suo genere bonum tanquam perficiens.

(δ) Qua summum & optimum ideoque minimè alterius, sed sui causa quæritur atque expetitur.

(ε) Assertio illorum qui demum post mortem hominem dicendum esse ethicè beatum absurda est. Qui enim in præterito aliquid de subiecto affirmare possum, quod non aliquando in præsentia de eo dici poterit: si autem de defunctis dicitur eos fuisse aliquando beatos, quid obstat quo minus dicatur eos in vita esse beatos?

(ζ) Quia enim summum bonum in actione virtutis collocamus, actio verò illa perfici nequit sine aliquibus saltem fortunæ bonis, & impeditur læpè ab adversitatibus, utique illis ipsis in universum carere non potest. Nulla sanè adversitas ex liberali avarum facile efficiet.

ret, aut ex forti timidum ; facile
tamen fortuna adversa actionem
liberalem impedit, unus etiam
morbus ita labefactare corporis
robur potest, ut quis fortis viri
munus ac acie teneri minimè
queat.

Partis Secunde.

SECTIO PRIMA:

De

Virtutis Moralis causa
efficiente remota &
proxima.

Medium, quo ad summum
bonum ducimur est virtus.
Quemadmodum autem duò
sunt in homine à quibus omnis
actio humana proficiscitur. Intel-
lectus & voluntas, ita & duplex
necessariò est virtus, quæ homi-
nem perficit, una intellectus, alte-
ra voluntatis. Quæ intellectum
perficit intellectiva dicitur, quæ
voluntatem, moralis. I. Eth. c. ult.

Et passim. Ubi tamen monemus; si virtutes morales & intellectivas inter se comparare velis, Morales maximè virtutes dici, intellectivas autem secundū quid tantum. Relictis nunc virtutibus intellectivis, de quibus suo loco dicendum, *naturam* moralium virtutum investigabimus, & quidem in præfenti lectione *generalem*, quæ desumi potest ex causarum consideratione.

Causa efficiens virtutis est vel Remota sive Universalis, vel propinqua sive particularis. Illa est ipse Deus, qui omnis boni fons est atque origo; & sic etiam actionum virtuosarum Ethnicorum quoque propinqua est actio humana. Quæ ut virtuosa dici mereatur, certa quædam postulat *περὸν κείνην* & requisita seu principia, quæ potissimum hæc sunt: Spontaneum, Electio, Consultatio, Voluntas, Liberum arbitrium. Spon-

Spontaneum quid sit, ex invi-
ti natura cognoscitur.

Invitum autem aliquid dicitur,
quod aut violentum est & à
vi coactò suscipitur, aut per igno-
rantiam admittitur. Violentum
est cujus principium foris est &
tale quidem, ut nihil ad id confe-
rat is, qui agit aut patitur. (*) Quo
ultima verba intelligenda sunt
non negativè, ut loquitur Scotus, sed
contrariè ut sit sensus: Violentum
esse contra internum impetum
& conatum. Ita violentia est, cū
quis tempestate aut venti impe-
tu aliquò abreptus fertur, quò
nolebat (β) aut cum vi quis ma-
num meam arripit, eaq; alterum
pulsat. Prius est pati, posterius
agere; sed ita utriusque princi-
pium extrinsecum sit, nec confe-
rat quicquam per se ad eam a-
gens aut patiens.

Violentum est duplex, aut tale

B 2 ἀπλῶς

ἀπλῶς quod jam explicavimus,
 οὐ κατὰ τὶ quod dicitur *mixtum*
 vel *actio mixta* sive *media*, quod
 partim per vim extrinsecus, par-
 tim intrinsecus per voluntatem
 fieri videatur. Ut quando illud,
 quod alias nunquam suscipere-
 tur, tamen suscipitur, vel ad bo-
 num aliquod insigne consequen-
 dum, vel ad majus malum evi-
 tandum. e. g. exorta procella in
 mari, merces è navì rejiciuntur,
 quæ ejectio voluntatis, respectu
 voluntaria, tempestatis verò vio-
 lenta videtur. Accuratè tamen
 loquendo hos & similes casus in
 sese consideratos voluntarios es-
 se existimamus. Omnibus enim
 consideratis circumstantiis, mo-
 vent voluntatem, ut liberè eligat
 minus malum.

Actio per ignorantiam omnis
 in vita æstimanda non est, alia e-
 nim universaliū est (γ) e. g. quan-
 do

do latet quid eligendum, quid honestum, quid justum &c. fit, quæ ignorantia juris dicitur, & invitam actionem non facit, alia singularum, quæ omnes includit circumstantias rationem habens temporis, loci, personæ, &c. in quibus ipsa consistit actio; quæ facti ignorantia: & actionem invitam facere dicitur, quod in agendo propositum impediat & ad agendum ea, quæ nunquam cogitamus impellat.

Unde patet non omnes ex ignorantia peccantes excusandos esse. *Vide Partem communem nostram philosophi præf. pag. 72. & seqq.* Atque ex his quisque facile intelligit, quid sit Spontaneum, scilicet cujus principium est in ipso agente (d) & sciente (e) singulas actionis circumstantias. Quia enim ab invitis aliquid fit, vel per vim, vel per ignorantiam; requiritur vi-

oppositionis, ut eorum, quæ sponte fiunt, principium 1. sit in agente, & 2. sciente singularia sive circumstantias, quas præponit Philosophus 3. *Etb. Nicom. c. 1. his verbis*: Quis quid, & circa quid, vel in quo agit, nonnunquam & quo ut instrumento, & cuius gratia, & quomodo. Non tamen necesse est, ut in qualibet actione spontanea harum omnium circumstantiarum habeatur cognitio; sed illæ sufficiunt à quibus quam maximè dependet actio quædam.

Electio est præmeditata (C) appetitio eorum, quæ in nostra sunt potestate, & per nos fieri possunt.

Dicitur 1. appetitio. Est enim actio voluntatis non intellectus. Etsi enim nihil eligimus nisi præcedente actu aliquo intellectus, dubium tamè non est, quin præcisè & in se spectata sit actus voluntatis (n.)

Dicitur 2. præsedita: Licet enim electio sit actus voluntatis, non tamen est quivis, actus ejus, sed talis quem præcessit aliqua deliberatio.

Dicitur 3. in nostra sunt potestate &c. Res enim quæ eliguntur sunt possibles (9) vel revera vel in apprehensione.

Consultatio est deliberatio de rebus agilibus. Sub deliberationem ergo cadunt, quæ fieri à nobis possunt, non autem 1. aliena, uti nec 2. absolutè necessaria: neque 3. fortuita. (*) Sicut autem electio non tam est finium quam mediorum, quorum ope finem consequimur; ita etiam de mediis tantum consultatur. Cum enim finis principium est in practicis, dubii nihil habet nec in inquisitionem venit, sed tanquam certum & notum quid supponitur. De fine itaque non est deli-

beratio, nisi fortè quod finis est
unius rei, alterius fiat medium.

- Voluntas (intellige non facultatem anime rationalis bona appetendi aut averfandi, sed ejusdè *ἐνέργειαν*, & quidem non actum Nolle, qui versatur circa fugam mali; sed velle) est boni cum re- & a ratione appetitio. Dicitur boni; *sive veri, sive apparentis*. Quamvis enim homo sæpissimè appetat id, quod malum est e. g. scortationem, non tamen sub ratione mali appetit, verum boni apparentis.

- Liberum arbitrium est facultas hominis, qua de oppositis ad ejus actionem pertinentib. ratiocinari, oppositaq; eligere valet.

Pro hujus explicatione nota r. Liberum arbitrium non esse facultatem à voluntate in totum distinctam, sed cum rem ut bonā eligit, voluntas est; cum vero potuit.

tuisset non eligere, aut oppositū
 eligere, liberum arbitrium. 2. Li-
 beri arbitrii subiectum esse vo-
 luntatem non intellectum. 3. Op-
 positorum electionem non tol-
 lere necessitatem agendi alteru-
 trum. 4. Opposita eligere libe-
 rum arbitrium in sensu diviso
 non composito: non enim quis
 eligit simul utrumq; quod con-
 tradictorium, sed alterutrum, id-
 que cum hac indifferentia, ut
 quod eligit reprobare, & quod
 reprobavit, eligere potuerit.

NOTÆ.

(a) Violentum aliàs est duplex, aliud
 contra naturam, aliud contra id quod
 sponte fit. Illud opponitur naturali,
 hoc principio sponte agendi. Il-
 lud absque cognitione est, neque
 causa existit efficiens ut quis agat
 invitus, sed est tantum privatio
 motus naturalis: hoc verò præ-
 supponit cognitionem, opponi-
 turque principio sponte agendi,
 & est causa sufficiens actionis in-
 vitæ.

B 5

Ob-

(8) Observandum, aliud esse moveri,
 aliud hoc vel illo modo moveri.
 Moveri in homine est ab intrinse-
 ca locomotiva facultate; hoc vel
 illo modo verò per vim moveri,
 non ex interno est principio, sed
 externo protrudente. Unde, *id quod*
obiter hęc tenendum probe distin-
 guendum est inter adjumentum,
 quod superiores, & quod inferio-
 res facultates ad hominis actiones
 conferunt. Etsi enim inferior h. e.
 animalis facultas loco motiva e. g.
 ab externo principio impulsiva vio-
 lentam actionem suo adjumento
 promoveat, prorsus tamen violen-
 ta dici fas est: modo superiori fa-
 cultas rationalis sc. non consenti-
 at, nec inferiori actionem impe-
 get. Hinc violenter agens, agens si-
 mul & patiens dici potest. *Patiens*
 quidem ex ratione qua vim susci-
 pit, & in quantum compellitur;
agens verò in quantum compulsus
 aliquid aliud agite. g. Si quis bacu-
 lum manu tenens coactus à for-
 tiore percutiat alium, aget illud &
 dicetur agens respectu illius quo
 agit, licet *invitus*.

Dicitur

(2) Dicitur ignorantiam aliam esse u-
niversalium, particularium aliam.

Illæ est, si quis vel nesciat simplici-
ter quid sequendum sibi in vita sit,
& quid expediat. e. g. An res mala
sit adulterium, item homicidium
vel alias ignorat universalia ista,
an scil. in actionibus nostris ratio
aliqua habenda sit loci, temporis,
personæ & similium; an verò o-
mnia omni loco & tempore con-
veniant? *Ignorantia particularium*
est, si quis singularium rerum, acti-
onem quæ circumstant aliquam i-
gnoret, e. g. Si propalet, quæ nesci-
ebat tacenda esse: item si patrem
in prælio interficiat, quem persua-
sisset sibi hostem esse. Similis di-
stinctio est; qua *ignorantia alia juris*
alia facti dicitur. Ignorantiam ju-
ris vocant, cum quis jus suum i-
gnorat: facti verò cum ignorat,
quid contigerit e. g. ignorare bo-
norum aliquorum possessionem
sibi deferri ignorantia juris est? Sed
ignorare decessisse eum, cujus bo-
norum possessio defertur, est igno-
rantia facti. Ignorantia juris alia
est *juris naturalis*, alia *positivi: facti*

verò alia est *proprii*, alia *alieni*. Cæ-
 terum ignorantia universalium &
 juris non potest reddere actionem
 invitam, nec proinde excusare. Le-
 ges enim quæ constringunt homi-
 num vitas ab omnibus intelligi
 debent *l. 9. C. de U. indultum* quidem
 est certis quibusdam in casibus jus
 positum ignorare militibus, foemi-
 nis, rusticis & in universonum mino-
 rennibus *l. 9. d. t.* sed id speciale est,
 nec regulæ universali derogat. I-
 gnorantia particularium & facti
 excusat: ita tamen ut non sit lupi-
 na affectata & crassa. Ubi enim fa-
 ctum quis ignorat, quod scire o-
 ptimè poterat, sed observare ne-
 glexit aut ignorare voluit, ad i-
 gnorantiam affectatam, quæ nullo
 modo veniam meretur, id perti-
 net, cum scire debuerit, aut ope-
 ram dedisse ut sciret.

(*) Scilicet *ratione dominii & directio-
 nis*. Etenim si inhaereat primario
 agenti, si non, perinde erit, mo-
 do in illius sit potestate situm, eò
 veluti vel non uti pro libero suo
 beneplacito.

(o) Hinc spontè operari accuratè lo-
 quendo

quando soli competit homini. Etenim spontè agere secundum Philosophos est agere cum cognitione, liberè per voluntatem ac ex præelectione: cognitio autem libertas, voluntas ac præelectio soli competunt homini. Insuper operari spontè ad actiones pertinet dignas laude & vituperio, præmio & poenâ: atqui actionis laus, vituperium, præmium & poena soli homini propriè competunt: Ergò &c.

(ζ) Sanè potest brutum animal, cum pascitur ex multis herbis pro libitu & prout hæc aut illa magis ariserit, hanc præ illa decerpere: Electio tamen non est, nisi vocabulo illo abuti velis. Nam electio ex multis antè inter se collatis liberè unum accipit: bruta autem res inter se conferre non possunt, cum solo instinctu naturali in eas ferantur.

(η) Etenim circa res omnes tam æternas, quæ nostri non sunt arbitrii, quam quæ in nostra sunt potestate sit versatur intellectus, quod sane non competit Electioni, Accedit, quod

quod iudicium intellectus discernatur vero & falso, electio vero bono & malo: Unde propter electionem boni vel mali sumus, non autem propter intellectus iudicium.

(9) Eligendo enim, quod acturi sumus, decernimus: quæ vero decerneremus impossibilia? cum ea non sunt agibilia. *Deinde* in electione ad utrumque oppositorum æqualiter nos habemus? ad impossibilia vero nostrum non assurgit arbitrium.

(x) *Fortuita*, quia potestate nostra eximuntur, consultationi quoque subtrahuntur. Licet enim agamus fortuita, ea tamen in nobis non radicantur, nec liberum est agere vel non agere, nec consultare utrum agenda an secus? Ita etiam *res necessariae* sunt quidem agibiles, non tamen ab homine fieri possunt: potestatem enim & actionis indifferentiam excedunt, ut fas non sit agere vel non agere indifferenter, sed determinatè hoc agere & non intermittere, vel intermittere & non agere oporteat. *Adde* quod
sub

sub consultationem quoque non cadant *preterita*. Quod enim factum est infectum fieri nequit: ac quis de illis consilium ineat, quæ nullo possunt mutari modo. Intelligendum tamen hoc cum reduplicatione *quatenus scilicet sunt preterita*: prout enim futuri quippiam conjunctum habent, sub deliberationem cadunt.

(λ) Bonum est voluntatis objectum adæquatum. Etenim quia appetitus nihil est aliud quam inclinatio quædam appetentis in aliquod conveniens; conveniens autem idem est ac bonum, quod cum ente convertitur, sequitur inde omnem appetitum esse ad bonam inclinationem. Cum hoc tamen discrimine, quod appetitus naturalis sit inclinatio in id, quod revera bonum est, sensitivus autem & intellectualis in id quod sensui aut intellectui videtur bonum, sive illud revera bonum sit sive apparens.

Subjectio, Forma, Fine ac Definitione Virtutis.

Materia ex qua, non agnoscunt accidentia, neq; ergo & virtutes. Materiam, in qua sive subiectum virtutum moralium primum esse voluntatem non appetitum sensitivum dicimus. (a) Quicquid enim est primum subiectum libertatis, illud, quoq; est primum subiectum habituum eorum, ob quos laudamur vel culpamur: Laudari enim & culpamur respectum involvit ad libertatem agendi: Sed primum subiectum libertatis est voluntas non appetitus sensitivus. Ergo & voluntas est primum subiectum habituum moralium. *Vid. Scot. 3. sent. dist. 33.*

Materia circa quam, seu virtutis

tis objectum est vel internum & propinquum, vel externum & remotum. Internum & propinquum sunt affectus sive animi motus, qui sunt vel sedatiores & vocantur ἡθῆ. Vel vehementiores & παθῶν nomine designantur. Quia autem affectus sunt vel mali recto rationis dictamini operantes: vel boni recto rationis imperio obsequentes, & illi virtutis cultorem à verò virtutis tramite abducunt, hi autem stimuli & calcaria, atque ad benè agendum incitamentum sunt; idcirco virtus circa illa versatur, tollendo ut non noceant; circa hos moderando & dirigendo, ut profint, ne μεσότητι & limites egrediantur, & ἐλλείψεως vel ὑπερβολῆς nomen mereantur. Externum & remotum, quod prius illud comitari plerumque solet, sunt voluptas & dolor.

For-

Forma virtutis propriè non datur. Ut enim monstrosa & absurda est virtutis materia propriè ita dicta; ita & monstrosa ac absurda futura esset forma, propria ita dicta virtutis. Κατ' ἀναλογίαν autem & impropiè μεσότης mediocritas seu medium (β) inter nimium & parum vel excessum & defectum, quod rectitudinem non excludit, sed includit, formam virtutis esse dicimus. Hæc enim mediocritas largitur virtuti etiam, *ita ut falsum sit, mediocritate sublata virtutem salvam manere.*

Mediocritas verò non nudam solùm extremorum negationem infert, sed simul positionem involvit, & rem quæ ab extremis distrahat: nisi enim hoc concedatur, sequeretur virtutem esse meram relationem intentionalem, quod falsum. Statuendum

ergo

ergo est virtutem in medio esse positam, quod duplex à Philosopho innuitur, *unum rei, alterum personæ.*

Medium rei est, quod ab utroque extremorum secundum proportionem Arithmeticam æquali distat gradu ac intervallo. Tale est in circulo centrum seu punctum medium, quod à circuli circumferentia æqualiter distat.

Medium personæ est, quod secundum proportionem Geometricam uni vicinius ab altero vero remotius est, e.g. fortitudo vicinior est audaciæ quam timiditati: liberalitas vicinior prodigalitati existit. Hoc igitur medium, non prius, intelligimus. Unde quoque vir prudens in virtutis actionibus medium personæ eligit, & quod sibi & suæ conditioni aliisque circumstantiis accommodatum est sollicitè perpendit (v).

Vir

Virtutis finis duplex est: & cuius, & cui. Ille est τὸ καλόν, honestas: hic est beatitudo civilis seu summum bonum, quod principium & causa est bonorum reliquorum.

Quibus ita explicatis facile jam indagari potest, *quid sit virtus.* Qualitatem eam esse & quidem animi extra dubium est: erit itaque *aut affectus aut potentia, aut habitus*, siquidem hæc tria necessaria principia, à quibus operationes proficisci solent, in animo hominis reperiuntur. *Sed non est affectus virtus,* quia per turbationibus nemo dicitur bonus & malus, nemo laudatur & vituperatur: propter virtutem fit utrumque. Deinde affectus sive perturbationes sunt sine deliberatione ex nullo consilio: In virtutibus verò vel maxime elucescit consilium & iudicium.

um. *Nec virtus est potentia, quia à natura inest: non autem virtus moralis, cum crebre actione acquiratur. Relinquitur ergo quod sit habitus.* Est autem habitus *μεγαρετικός* sive qui proæresin nostram concernit, animumque in iis perficit, quæ cum certa electione in vita suscipiuntur. Quæ sic cum antea dictis conjungantur *virtus moralis* debet definiri, quod sit *Habitus proæreticus*, consistens in mediocritate ea, quæ ad nos est. Sive quæ est talis respectu nostri, vel prout eam recta ratio aut vir prudens definierit.

NOTÆ.

(α) Materia in qua sive subjectum virtutum est duplex, *Quod & quorundam* est totus homo virtutis capax, *Hominem* dico, non *Ethnicum*. Non enim Philosophus ut *Ethnicus* & idololatriâ corruptus, sed homo rectâ ratione præditus, virtutis sub-

subjectum constituit. Quomodo
itaque virtutes Ethicæ & Christianæ
subjecto differant non video.
Nam subjectum virtutum Ethicarum
est homo virtutis capax seu
rectâ ratione præditus. Num verò
aliud quam tale subjectum virtu-
tes Christianæ agnoscunt? non
puto. Licet quidem illarum sub-
jectum sit infidele & non regene-
ratum, harum verò Spiritus sancti
lumine rectificatum: nihil tamen
subjecto per se decedit: Nam re-
ctificatum & regeneratum est ac-
cidens, quod subjecto per se non
est imputandum. *Subjectum QUO*
h. e. qua mediante parte & faculta-
te virtus moralis homini inest, a-
nima est rationalis, & quidem po-
tissimum voluntas. Voluntas enim
est indeterminata non tantum ad
opposita, sed etiam in modo a-
gendi, rectè scilicet & non rectè.
Indiget igitur aliquo determinan-
te ad rectè agendum, quod nihil
potest esse aliud quam virtus mo-
ralis.

(β) Virtus est in medio rationis; quam
dirigit: affectuum, quos corrigit, &
vitiositatis, quam tollit. Ob-

(γ) Observandum equidem in virtutibus maximam ex parte medium personæ, non quasi medium illarum nullo modo in re cernatur (est enim temperantia, e. g. in cibo & potu occupata) sed quia medium in illis non præscribatur, neque cognoscatur præcisè ex conditione sive rei qualitate, verum ex habitudine earum ad operantem, consideratis variis circumstantiis. e. g. in temperantia alia quantitas cibi & potus est medium respectu hujus alia respectu alterius.

SECTIO TERTIA.

De

Divisione Virtutis

Moralis.

Definitionem sequitur divisio, quæ secundum quatuor virtutum genere institui potest.

1. Versantur circa corpus hominis fortitudo & temperantia.
2. Circa ejusdem bona vel mala externa, utpote circa pecunias, libe-

liberalitas & magnificentia : cir-
ca honores , magnanimitas &
modestia : circa iram ut mansue-
tudo. 3. Circa conversationem,
humanitas, veritas, urbanitas. 4.
Circa contractus, justitia. Hæc
enim bona multa que hominum
vel commutat vel distribuit.

Et hunc numerum virtutum
moralium sufficientem esse arbi-
tramur , quia nulla moralis vir-
tus , ad vitam quæ spectat civi-
lem, & naturâ duce cognosci aut
parari potest , reperitur præter
has: neque etiam justo est major,
quia omnes quas enumeraveri-
mus specie distinctæ sunt.

Dicitur : omisam esse pietatem, be-
neficentiam, misericordiam & simi-
les habitus. Verum aut intelligi-
tur per pietatem, amor erga pa-
rentes & propinquos, aut cultus
Numinis. Si illud non est virtus,
sed affectus bonus ; à natura
enim

ETHICUM.

49

enim inest. *Sin hoc*; non est virtus civilis, sed Theologica. *Benevolentia* autem cum liberalitate coineidit. *Misericordia* accipitur itidem vel pro animi nuda commotione, vel pro habitu, quo misericordiam exercemus. *Si illo modo*, est affectus: *Sin hoc*, est liberalis. Eadem ratio est de cæteris, quæ pro augendo numero virtutum allegari huc plerumq; solent.

SECTIO QUARTA.

De Vitiis.

HAbitus vitiosus Ethicus nō statim hominibus naturā inest, uti nec habitus bonus; sed præcedit primo proclivitas quædam mala, per quam natura ad id quod civiliter malum est, & inhonestum fertur. Sicuti proclivitas ad bonum est, ferri ad id, quod honestum natura dicitur. Ab hac verò proclivitate ad ma-

C lum,

50 THEATRUM

lum, oriuntur actus mali, uti à proclivitate ad bonum actus boni, qui cum crebrò repetuntur, gignunt habitus, non tamen actus omnes mali præcedunt, atq; producunt habitum malum, sed etiam quos habitus ipse postmodum procreat, ita appellantur verissimè.

Licet ergo proclivitas naturâ nobis insit, actus tamen ei à nobis superadditur, & ut habitus malus sive vitium, quod idcirco est habitus eligendi mala, seu sectandi ea in vita, quæ à modo & mediocritate aberrant, sive in excessu id, sive in defectu fiat. Dico I. *habitus electivum*: non itaq; vitium est, ubi vel semel, vel ex affectu aut imbecillitate aliqua quisquam impingit, sed ita cum comparatus jam animo, ut quod facit, delibet atò faciat, & actionibus ejusmodi assuefecit: Dico

2. in

2. *in excessu & defectu*: Ille excessus autem & defectus æstimatur ex natura ejus mediocritatis, quæ virtuti propria est. Sicut enim virtus non consistit in mediocritate rei, sed rationis, ita etiam excessus & defectus intelliguntur hoc loco illi, qui isti mediocritati opponuntur. Excessus quoque & defectus interdum unum, interdum & quidem plerumq; duo diversa vitia & habitus constituit. *Uno vitio* comprehenduntur, tam excessus quàm defectus, quando una & eadem actio plus & minus habet, sicut manifestum in injustitia. *Duo distincta vitia* oriuntur, quoties distinctæ actiones sunt, quarum una tantum excedit modum, altera tantum deficit, sicut fit in cæteris vitiis omnibus.

Continens Canones de
virtute, vitio aliisque materiis
huc pertinentibus.

1. Omnis virtutis actio voluntatis
desiderium presupponit.

2. Virtuosa actio non est, quam
in se licet laudabilem, inscius perpe-
trare

3. Actio virtuosa non versatur cir-
ca veram & falsa, sed bona & mala.

4. Quas res in nobis futurum est, ut
agamus, eas etiam in nobis futurum est,
ut non agamus: quasque in nobis fu-
turum est, non agamus, easdem ut a-
gamus in nostrum est potestate.

5. Quicquid non agimus, quando
& ubi volumus, id nec virtuosum est,

6. Actio moralis cum demum lau-
dabilis est, quando solum attendi-
tur honestum. (a)

7. Actio consequens virtutis mo-
ralis habitum paratum, differt ab

an

antecedente eundem parandum, quo ad perfectionem.

8. Voluntas, quæ voluntas, nunquam coactè agit. (β)

9. In iis rebus, quæ voluntate suscipiuntur, laudi & vitio locus relinquitur, in non voluntariis venia, interdum etiam misericordia.

10. Quod voluntarium est, latius patet, quam electio.

11. Unde non quicquid voluntarium etiam est eligendum, sed quod deliberationem præsupponit.

12. Homini libertatem in agendo qui adimunt, Deum authorem peccati faciunt.

13. Libertati non opponitur necessitas; sed coactio. (γ)

14. Intellectus non est formaliter liber nec radicaliter. (δ)

15. Voluntas sola est formaliter libera.

16. Potestas peccandi pars libertatis non est. (ε)

17. Circa leges exercetur libertas,
sed non tollitur ab iisdem.

18. Electio non est planè idem
cum spontaneo.

19. Ex affectibus nec probi, nec
improbi nominamur. (L)

20. Non à Natura, neque præter
naturam nobis insunt virtutes, sed
nati factiq; sumus, ad eas & perci-
piendas, & efficiendas consuetudine.

21. Nulla in re mortalium tanta
inest firmitas, tanta constantia, ac
in iis rebus, que virtute geruntur.

22. Sola virtute abuti possumus.

23. Habitus, quales sunt ex volu-
ptate & dolore, que facta & operis
consequuntur, perspicui solet.

24. Habitus virtutis etiam ei, qui
in maximis versatur calamitatibus
in esse potest.

25. Et virtus & vir bonus men-
sura veram omnium.

26. Virtuofus agit 1. sciens 2. cer-
to animi proposito & consilio. 3. im-
mo-

motu constantia, ac. 4. summe animi voluptate.

27. Aliud est per ignorantiam agere (ita ut haec sit actionis causa,) aliud vero ignorantem: ita qui per ebrietatem agit, ignorans quidem est; sed ignorantia non est actionis causa.

28. Non virtuosus censendus, qui extrinsecus obiectis & impedimentis impeditur, quo minus ad alia ruat.

29. Vitium & virtus non possunt simul stare in eodem subiecto.

30. Extremorum alterum gravius vitium est, alterum levius quid.

31. Unum extremorum proprius a medio abest, quam alterum.

32. Major quaedam extremorum inter ipsos, quam cum medio repugnantia est. (n)

33. Quia extrema opponuntur contrarie, medium & extremum vere privative.

34. Ab eo extremo, quod virtuti

magis aduersatur, etiam majori co-
natu recedendum: ad alterum ve-
ro, quod virtuti est adfinius, magis
declinandum.

35. Ab iis vitiis, ad quæ natura
nos proclives sentimus, maxime in
contrarium niti oportet.

NOTÆ.

(a) Etenim propter solam honesta-
tem actio ethica dicitur & est bo-
na, non autem propter utilitatem
& jucunditatem. Siquidem bo-
num utile, & bonum delectabile
possunt esse objectum bonæ &
malæ actionis, ac proinde actum
moraliter bonum efficere neque-
unt. Alias in genere rectè dicitur
actum voluntatis essentialem suam dif-
ferentiam ac speciem ab objecto acci-
pere. Quod ut rectè intelligas di-
stinguas necesse est, voluntatis obje-
ctum esse materiale & formale. Mate-
riale id quod voluptas appetit, for-
male autem propter quod appetit,
ac vocari solet ratio appetendi vel
incentivum: quia est causa sive
ratio quæ movet voluntatem ad
hoc vel illud appetendum: quæ
ratio

ratio nihil est aliud quam bonitas. Ita materiale objectum voluntatis possunt esse ipsa media quæ appetuntur, formale autem est bonitas finis propter quam appetitur. Cū itaque dicimus actum voluntatis sumere speciem & essentiam ab objecto intelligendum hoc est de objecto formali non materiali, ita ut etiam actus voluntatis indifferens accipiat à fine bono suam bonitatem.

(β) Si de actibus imperatis sermo & præsertim exteriorum membrorum, non est dubium, quin voluntas cogi possit. Sin autem de actu à voluntate elicitio loquaris, contradictio est in adjecto, coactè aut per vim quæmpia aliquid velle. Quod enim voluntarium est, ut ex intrinseco oritur principio, id eo ipso violentum esse desit.

(γ) Libertas opponitur vel servituti, vel coactioni, vel necessitati. Primo modo illud propriè dicitur liberum quod alteri subiectum non est. Ita quis à miseria, culpâ & pœnâ aliqua liber dicitur. Secundo modo liberum est omne, quod per naturalem

ralem inclinationem & intrinsecum principium agit. Ita liberè aves vagantur in aère, pisces in mari: imò omnia quæ spontè suâ quid operantur, licet naturali eis id contingat necessitate liberè seu non coactè operari dicuntur. *Tertio & ultimo modo* illa solùm liberè agunt, quæ positis omnibus ad agendum requisitis possunt agere, & non agere, velle & non velle. Atque hæc est vera & simpliciter dicta libertas omnem respuens necessitatem.

(d) Etenim positis omnibus ad agendum requisitis necessariò agit, & non potest non agere. Sicuti enim potentia visiva positis omnibus ad videndum requisitis suspendere non potest visionem, sed videt necessariò; ita positis omnibus requisitis ad objectum aliquod apprehendendum Intellectus non potest illud non apprehendere, sed necessariò intelligit. *Ratio connectionis est*, quia tam intellectus quam sensus sunt potentiaæ cognitive: at omnis talis potentia ab objecto dependet & ab illo speci-
em

em suam recepit, per quam immutatur. *Similimodo* si intellectui offeratur propositio aliqua unâ cum argumentis illam probantibus necessario assentitur: *item* si syllogismum, in quo conclusio legitime ex præmissis sequitur intellectus apprehendit, non potest non judicare, illatio non esse legitimam.

(e) *Tum* quia alioquin Deus non esset liber; *tum* etiam quia voluntas transiliret limites sui objecti formalis. *Objicitur hoc*, quod voluntas nostra sit libera quoad utramque oppositionis partem. Ergo etiam ad malum ut malum. Verum cum dicitur voluntatem esse liberam, quoad utramque oppositionis partem, intelligendum illud est de partibus oppositionis & nõ agendi aut agendi hoc vel illud: Id autem necessario malum non includit, sed tantum actionis indifferentiam.

(z) Affectus si secundum se spectentur uti sunt motus quidam animæ sensitivæ, dici non possunt boni aut mali moraliter, sed prout sub-

jacent imperio rationis & voluntatis. Quemadmodum enim virtus ac ipsum vitium ex animo agentis aestimandum, ita quoque affectus an moraliter pravi vel boni ex animo agentis dijudicandi sunt.

(*) Quamvis enim in latitudine objectorum unum vitium ab altero longissimè remotum sit, sicque vitium magis vitio tanquam extremum extremo quam virtuti contrariari videatur (e. g. prodigalitas & liberalitati & avaritiæ opposita, magis videtur contrariari avaritiæ quam liberalitati, eò quod prodigalitas omnia, liberalitas aliqua, avaritia verò nulla bona profundat; Et verò nimium dare magis adverteatur ei quod nihil, quam quod aliqua dat) ratione tamen sui major est oppositio inter vitium & virtutem. Quia excessus & defectus sunt differentia sub uno vitii genere contentæ, à virtute verò toto genere proximo discrepantes, cum virtus ad bonum, vitium verò ad malum referetur habitum.

De Fortitudine.

HAec in genere de virtute morali actum: Nunc unamquamque earum singulatim consideremus. Quod etsi parum referat, quo ordine fiat, nos tamen ordinem Aristotelis modo propositum sequemur. Dicemus igitur primo de Fortitudine.

Fortitudo *ἀνδρεία* est vel vera vel apparens. Apparens est, quæ sub habitu fortitudinis incedit, h. e. titulo & schemate saltem fortitudo est, in rei veritate nihil minus.

Quinq; species hæc fortitudo apparens habet 1. *Civilis seu Politica*, quæ maximè Fortitudini veræ similis videtur, & conspicitur in civibus, qui maxima subeunt pericula, ut honores consequantur, aut etiam infamiam pœnasque fugiant. 2. *Dicitur expe-*

rimentalis sive fiduciaria, quando aliquos experientia rei militaris efficit animosos. Scientia enim rei dimicandi nutrit audaciam; & nemo facere metuit, quod se benè didicisse confidit. Dicente Vegetio lib. 1. de militari c. 1. 3. *Incunda*, quæ iræ præsentisq; vindictæ illecebris allecti aut effectibus inflammati quidam temerè se maximis periculis exponunt. 4. *In spe collocata*, quando audaces spes victoriæ efficit milites. 5. *Stolida, stulta & rustica*. Quæ quidam rerum bellicarum ignari in militiam abeunt. Hæc sunt. 5. genera fortitudinis apparentis, quæ vulgò occurrunt; sed omnia à vera fortitudine, est unū altero longius recedunt.

Veram fortitudinem, ut rectè intelligamus, cognoscendum est *objectum*, (in cognitione enim nostrâ semper sit progressus ab *objectis* ad *actus*,

actus, ab actibus ad potentias, à potentiis ad ipsas essentias.) Illud verò in genere sunt omnia formidabilia, & ea quæ fiduciam in periculis adferre homini possunt. Neq; tamen circa omnia formidabilia vir fortis versatur, quædam enim metuenda sunt ab omnibus, cum ea metuere maximè fit honestum ut offensio Dei, libertatis amissio &c.

Quædam quoad fortitudinem perinde est siue metuantur, siue non, si videlicet talia sint, ut nostra culpa non producta. In his locus nullus est fortitudini.

In his ergo vir fortis intrepidè se gerat, quæ ita terribilia sunt, & metum incutiunt, ut constantiâ hominis non superent. Inter hæc autem præcipuum est vitæ periculum, siue mors ipsa: Illa enim est rerum omnium maximè terribilis. Neque tamen circa mortem

tem quamlibet versatur hæc virtus, sed pulcherrimam & honestissimam, quam scilicet quis subit pro patria & publico bono. Illa verò est mors bellica, quæ itaque speciatim hujus virtutis objectum. Nam licet quidem in aliis honestis causis non recuset discrimina vitæ & fortunarum fortis; tamen maximè ex ferro & flamma MARTIS honorem petit.

Ex dictis eruitur talis veræ fortitudinis definitio: Fortitudo est virtus mediocritatem servans in iis, quæ formidabilia sunt, maximè autem in morte bellica.

Extrema sive vitia, quæ fortitudini opponuntur sunt Timiditas in defectu, & Audacia in excessu. *Audacia* est, quâ plusquam par est confidimus, *Timiditas*, qua ultra modum metuendo progredimur, *fidendo* modum ~~deserimus~~, *deserimus*.

CANONES.

1. Fortitudo bellica hominem Christianum non dedecet.
2. Bellica privati hominis fortitudo publica magistratus auctoritate nitatur. (a)
3. In formidabilibus magis videtur fortitudo conspicua, quam fiducia libus.
4. Actus fortitudinis magis conspicitur circa pericula mortis repentina, quam praevisa.
5. Quamquam fortis nec vulnere nec mortem ipsam exhorrescat, non tamen simpliciter hunc finem sibi propositum habet, ut aut vulneretur aut mortem appetat.
6. Quicumque vel navigio vel telo vel alio quovis modo vel etiam in lecto perit, non potest dici vir fortis.
7. Mortem fortis adit & fugit; fugit quatenus non appetit; Adit quatenus ex malis eligit quod minus est: malum, vultque cum Reipubl:

CONS.

commodo interire, quam cum privato suo emolumento patrie interitum admittere.

8. Fortitudini minimè repugnat, muris ferreisq; indumentis adversus hostem se tueri.

9. Fortis non est, qui unus in totum hostium agmen irruit; sed vel heroico & divino instinctu agitur, ut Simson judic. 15. 9. & Jonathan filius Saulis. 1. Sam. 14. & 13. vel temerarius est.

10. Actiones inhonestas, rapinas, furtum, adulterium, & hæc infesta pericula inrepide perpetrare fortitudinis non est.

11. Fortis non ruit furiosus, non est provocabundus, ut Audaces; non jactabundus, ut Thrasones; non cavillabundus, ut Goliath; non minabundus, ut Iracundi; non clamabundus, ut Trasymachi.

12. In ipso vero periculo non est cunctabundus; sed acris imperterritus & indefessus.

13. Conductarii milites, qui tantum stipendii amore paupertatis fuga praeda cupiditate moti, periculo sese committunt fortes non dicendi.

14. Mortem sibi ipsi consciscere fugiendo vel inopiam, vel molestiam, fortis animi magnique non est: sed angusti potius & timidi. (β)

15. Audacia est fortitudinis simia.

16. Qui nullum omnino timet periculum, sed addit omnia, is audax existit.

17. Timiditas remotior est à fortitudine quam audacia.

NOTÆ.

(α) Non enim re armavit Deus gladio, ut pro tua voluntate ac bene placito pugnes, sed Magistratum, cuius tu quidem organon esse poteris, quod non sua voluntate moveatur, sed tum demum agat, quando regi ac moveri ab agente principali coeperit. Hinc tam sacra quam prophana seditionem judicant non bellum, quoties privatus auctoritate propria vim alteri inferre tendat.

Oc-

(β) Occidere semetipsum ex intentione directa est inter gravissima homicidii peccata. *Neq; id excusat si fiat vel ad vitanda mala graviora: vel ad ingens bonum consequendum; vel ex vindicta propter peccata admitta. Nam neq; est idoneus Judex quisquam ad tale quid de semetipso statuendum; neque facienda sunt mala ut inde eventiant bona, aut ne mala sequantur.* Frustrà igitur excusant nonnulli factum Saulis seipsum interficientis ne ab hostibus illuderetur *1. Sam. 3. & simile Rhazis 2. Maccab. 14.* In genere autem hîc quæritur *anne ergo licita sit aliquando sui ipsius occisio?* Respondemus per *subsequentes observationes.* 1. Omnis actus positivus directè & immediatè ex propria natura in mortè tendens, ut sese præcipitare è rupe gladio vel veneno occidere &c; est plane illicitus, nulloque modo excusari potest ac reddi bonus: cum directè in malum tendat finem, ac crimen mortale inducat. 2. Actus positivus sive affirmativus qui immediatè & directè non infert crimen & delictum, ratione boni finis potest

potest esse licitus, quamvis ex acci-
denti mortem inferat. Ut in bello
gravissimo pro Rep. vitam exponere,
tormenta sulphurea non pertimesce-
re, item periculosiori loco pugnae se
committere. 3. Actus qui suscipitur
non satis sufficienter propter bonum
finem, & morti est proximus, illicitus
est. Temeritatis enim & audaciae
proprium est mortem perpeti non
propter bonum aliquod rationis. 4.
Actus negativus, qui necessario mor-
tem non infert, est tamen morti pro-
ximus (e.g. certo quodam in casu non
fugere amicum non derelinquere,
item castrum & stationem non dese-
rere) est excusandus. Ita enim mor-
tem nemo directe intendit, sed si
contingat toleratur ob bonum ali-
quem finem.

SECTIO SEPTIMA.

De Temperantia.

Materia circa quam occupata
est Temperantia, σωφρο-
σύνη est voluptas (intellige autem
voluptatem non animi, per quam
nemo dici potest vel Temperans
vel

n-
at
o-
le-
ter
o-
id
e-
ni-
ur.
lli
n-
r la
o-
ur
iss
se-
us
ex
ns,
io
ne
ari
re-
ri-
o-
e-
en
nis
est

vel intemperans, *sed corporis*; neque omnem sed eam potissimū, *quæ ex gestu & tactu oritur*, eosq; afficit cibo, potu, venere) & dolor ille, qui ex jucundæ rei privatione oritur.

Magis tamen versatur circa voluptates: Virtutis enim est circa difficiliora occupari: Tanta autem vis est voluptatum, *ut, ex Heracliti sententia*, facilius sit ire quam his resistere.

Definitur ergo Temperantia virtus mediocritatem servans in expetendis vel fugiendis voluptatibus & perferendis doloribus.

Extremū sive vitium in excessu est intemperantia ἀκολασία, vitium quasvis voluptates, nullā honestatis ratione habitā immoderatè expetens. In defectu verò εὐνομιον vitium est, quia id rarissimum (quidam ἀναίσθησιν sive sensuum stuporem appellant) est.

est que immanitas quædam in a-
spernandis omnibus & necessa-
riis & honestis voluptatibus.

*Species temperantia sunt Fruga-
litas & Castitas.*

Illa, quæ est Temperantia in
sumendo nutrimento, subdividi-
tur in abstinentiam & sobrietatē.

Abstinentia est frugalitas in
cibo capiendo modum, quæ te-
net naturæ convenientem. *Ex-
cessus* ipsius dicitur *voracitas*, *De-
fectus* nimia abstinentia contra
naturam à cibo.

Sobrietas est frugalitas confi-
stens in moderato potus usu. *Ex-
cessus* est ebriositas *Defectus* ni-
mia abstinentia à potu.

Castitas est Temperantia in
moderato Veneris usu.

Excessus est *Salacitas* sive libi-
do, *Defectus*, nimia & contra na-
turæ ordinem abstinentia à Ve-
nere. Vitium admodum rarum.

CA-

1. Σωφροσύνη, id est, temperantiam hoc appellamus nomine, ὡς σωζέσθαι τὴν φρόνησιν, id est, quasi servantem prudentiam.

2. Temperantia absentes voluptates moderatè expetit, praesentibus honestè moderatè utitur.

3. Ob voluptatem plerumq; res improbas agimus; ob dolorem verò res post habemus honestas.

4. Difficilius est res molestas periculorumque plenas ferre, quàm ab iis, quae voluptatem afferunt, abstinere.

5. Qui ex defectu cibi & potus moderatè vivit, temperans non est.

6. In cibo & potu proprio est observanda Geometrica, nam homines multum in eo variant, quod aliqui sint corpulenti, aliqui graciles.

7. In cibo & potu, non saltem necessitati, (a) sed & interdum letitiae consulendum.

8. Con-

8. Convivia ergo sunt homini virtuosos cum primis licita & concessa; tamen ut omnis exulet luxus.

9. Nemo intemperantem dixerit, qui aut aspectu elegantium picturarum, aut auditione pulcræ cantilenæ, aut odore rerum suaveolentium delectatur, nisi id idè sint, quod ista fortè memoriam aut imaginationem aliorum voluptatum concitent.

10. Quædam intemperantes etiam agunt utilia, verum non propter utilitatem, sed voluptatem.

11. Communiter distinguunt inter ebrietatem, ut actum, & ebriositatem ut habitum. (B)

12. Voluptas venæ licita est, si ratio habeatur honestatis.

13. Omnis qui prætermittit voluptates & cavet: is sensus omnis expertus judicandus est.

NOTÆ.

(α) Necessitas duo postulat, ut videlicet sumatur quantum primo ad naturæ
2. ad liberalem sustentationem ne-

D

cel.

cessarium ; quæ liberalis sustentatio naturam non saltem inesse, sed & benè esse conservet. Prius hâc insufficientis est. Nullus enim ita avarus ut naturam omnimodè corruere finat. Alterum ergo requiritur modum definiens, quo naturæ subvenire oporteat, ut illa in florido vividoque esse permanere possit. Appetit enim temperans quantum ad sui requiritur conservationem : Idcirco quoties valetudini consulendum, cibo vel potu temperantem parcum esse non docet.

(6) Ebrius homicidium e.g. committendo dupliciter peccare videtur, & propter ebrietatem, & propter homicidium. Ac quia culpa præcessit casum, deditque homo operam rei illicitæ, delictum delicto cumulavit, atque sic duplici poenâ dignus. Ad hujus & similium casuum resolutionem distinguimus in canone ex sententia communi inter *ebrietatem* & *ebriositatem*. Illa ex casu quodam & ignorantia, hæc ex habitu & destinata voluntate nascitur vitioso. Quando quis non ex proposito & de industria præter spem & expecta-

ta.

Stationem ob cerebri imbecillitatem
 vel vini & cerevisiæ vi ignoꝛata dece-
 ptus inebriatur, homicidium per talē
 commissum pœna ordinaria de jure
 civili non punitur *l. corn. de sicariis*, quia
 dolus & voluntas peccandi abest. Quò
 referri potest illud scholasticorum, *per
 ebrietatem dimisnu peccatum sequens, sicut
 si diminuitur ratio voluntarii*. Quando
 verò quis sciens plenoque consensu
 inebriatur, homicidium tum commis-
 sum non excusatur, sed pœnâ punitur
 ordinariâ maximè si ebrius consueve-
 rit esse rixosus & excitare turbas Addi
 & hoc potest, ebrietatem non tunc so-
 lum esse voluntariam, quando sequi-
 tur ex intentione directâ; sed etiam
 ex notabili negligentia, in ea præca-
 vanda. Facinora quæ postea in ebrie-
 tate committit, quis, eatenus sunt illi
 ad culpam imputandâ, quatenus ebri-
 etas fuerit voluntaria. Tum autem
 maximè & voluntaria & imputanda
 sunt, quando omnibus circumstantiis
 consideratis potuerit, atque adeo de-
 buerit quis prævidere, sed talia in e-
 brietate commissum, *vel* quia id an-
 tea fuerat expertus; *vel* quia in simili
 casu ebrietatis & simili oportunitate

solent ebrii similia committere; vel
saltem quod periculo se exponat
alia patrandi.

SECTIO OCTAVA.

De Liberalitate.

Objectum liberalitatis remo-
tum τὰ ζήματα, divitiæ, o-
pes, propinquum verò est cupidi-
tas divitiarum. Nomine ζημάτων
intelligimus omnia illa quorum
æstimationem nummus metitur.

Et sic non intelliguntur hic opes
vel divitiæ animi, ut virtutes, nec
corporis, ut bona valetudo, &c. sed
fortuna, ut pecunia, agri horti &c.
definiturque Liberalitas ἐλευθε-
ριότης, virtus in acceptione & ero-
gatione (hinc, duo sunt actus libe-
ralitatis) opum mediocritatem
servans.

Extrema sunt in excessu prodi-
galitas, vitium quod in dando ex-
cedit, accipiendo autem deficit: In
defectu verò avaritia, vitium quod

in

in dando deficit ; & accipiendo excedit. *Prodigalitas* itaque opponitur in excessu quoad actum dandi, in defectu verò ratione acceptio- nis. *Avaritia* verò opponitur in excessu ratione acceptio- nis, in defectu quoad modum dandi.

Ex hac liberalitate fluunt 1. Be- neficentia quâ animus ad benefa- ciendum cuivis malefaciendum nemini commovetur : extrema e- jus nimia perfusio & malevolen- tia , sive maleficentia conjuncta cum invidia.

2. Hospitalitas qua peregrinos & hospites verâ benevolentiam & officiis hospitalibus complecti- mur. Actus hujus virtutis princi- pales sunt , 1. hospites hilariter ex- cipere. 2. comiter pro ratione fa- cultatum tractare. 3. amicè dimitte- re. Vitium ipsius in defectu, est inhospitalitas, in excessu nimia in hospites propensio.

3. Parsimonia, quæ res proprias custodit, utiliter collocat, vitatque sumptus non necessarios, suo tamen tempore expendit. Habetque verè eadem cum liberalitate extrema, nisi quod prodigalitati magis adverteretur.

4. *αὐταρχία*, quæ moderatur desiderium opum & possessionum, ut scilicet præsentibus bonis contenti ac quiescamus. Excessus est nimia habendi cupiditas, defectus omnis sufficientiæ neglectus & ignavia.

CANONES.

1. Divitiæ per se sunt licitæ. (α)
2. Posterior actus liberalitatis est dare, quam accipere. (β)
3. Non ex numero beneficiorum, sed ex animi habitu ejus qui dat, ponderanda liberalitas est. (γ)
4. Liberalitas nec ob abstinentiam, nec ob honores, nec etiam ob veritatem, nec denique propter res bellicas, sed

sed propter usum & emendationem pecuniarum honestam laudatur.

5. Suis rebus providebit liberalis, ne liberalitatis fundus nimia largitione exhauriatur. (d)

6. Accipiendum aliunde honestè, quod aliis honestè dandum.

7. Non omnibus benefaciendum, sed causa tantum honestatis, observatis omnibus conditionibus quibus, scil. quantum, quando dandum sit.

8. Indigentibus (e) ergo, dignis probris, benè de nobis, Rep. & Ecclesia meritis dandum.

9. Qui gratia ostentationis & remunerationis ac cum molestis dat, neuiquam liberalis.

10. Non dedecet bonum virum etiam aliquid lucrari, hac tamen cum conditione, ne alteri sit detrimenteo.

11. Unde usurae sunt licitae, si modo compensatoriae, non lucrosa ac mordentes. (f)

12. Avaritia malum insatiabile.

13. Unde nunquam expletur, nunquam satietur habendi cupiditas, quam tamen, ut expleant plerique vivunt.

14. Avaritia magis à natura corrupta tributa est hominibus, quam prodigalitas.

15. Hinc prodigus multo est avaro melior, quod proficit ille omnibus, hic nemini, ne sibi quidem.

16. Et si prodigus curam diligentiamque adhibuerit, facile ad virtutem perveniet.

NOTÆ.

(a) Divitiæ absolute & per se consideratæ, neque sunt bonæ, neque malæ moraliter, sed res mediæ vel indifferentes, quibus possunt homines vel benè vel malè uti. Quia verò ex naturâ sua ordinatæ sunt ad bonum usum, idcirco quamvis non sint bona moralia, utilia tamen vel commoda bona, atque adeo bona & benedictiones Dei rectè dicuntur.

(b) Proprium hujus virtutis potius in dando & pecuniam erogando, ut-
pote

pote laudabilius & difficilius, quam in accipiendo & conservando (quæ possidentis potius sunt quam utentis) consistit. Adde quod accipere unde & quomodo decet, *id est*, aliena non appetere ad justitiam magis quam ad liberalitatem pertineat.

(γ) Hinc pauper quoque suo modo liberalis esse potest. Etenim non facile inveniens pauperem omnibus absolute opibus destitutum. Quod si ergo talium quispiam vel nummulis bene ac moderate ut didicerit, non est quod liberalem negemus, cum præsertim vel unico nummo se prodigum declarare queat dum illum elargitur, quando retentum decebat; aut avarum retinens cum elargari honestas flagitabat.

(δ) Ordinariè enim succurrere aliis debemus ex illis quæ nobis superfluent. Id quod intelligendum. 1. De superfluis ad vitæ necessitatem. 2. De superfluis ad necessitatem status nostri, in quo collocati sumus. Hoc est, de iis quibus citra status nostri detrimentum carere possumus. Extraordinariè tamen casus aliquis accidere potest, ut etiam de iis quæ

necessaria statui habentur, sint eroganda.

- (e) *Indigentia triplicem admittit gradum, ita ut in aliis sit extrema, cum periculo mortis conjuncta; in aliis gravis, cum periculo incommodi magni, in aliis communis, levamen aliquod exposcens. Hinc magna oritur obligationis differentia. Extremè indigenti succurrere tenemur etiam ex necessariis ad statum nostrum (vita enim proximi pluris facienda est quam extremus noster status.) Graviter indigenti tenemur succurrere ex illis, quæ necessaria sunt ad status decentiam. Communi modo laboranti, ex iis quæ superflua sunt.*
- (f) *Genera Mutui docendi causa quatuor constituti possunt. Primum est Eleemosynarum, quod competit hominibus planè & ita egenis, ut ne sortem quidem unquam possint reddere. Illis itaque & census & fors condonandum. Alterum mutui genus est Gratuitum vel Officiosum, quod competit hominibus indigentibus, quidem, sed ita tamè indigentibus, ut reddere possint sortem, quæ etiam statuto tempore repeti potest*

(nisi)

(nisi casus vel incendii, vel naufragii
&c. intervenerit) sed ulterius nihil
expetatur. Tertium genus mutui est
Usurarium, quo proximus gravatur,
oneratur, facultates ejus exhauriun-
tur, idque & humanis & divinis le-
gibus est prohibitum. Quartum ge-
nus est *Compensatorum*, quod com-
petit opulentis, qui nostrâ pecuniâ
negotiantur, lucrantur, emunt fun-
dos & rem suam reddunt locuple-
torum. Ab illis si præter fortem ac-
cipiatur ordinaria & à Magistratu
approbata compensatio, tunc non
est usura, sed contractus legitimus,
verbo Dei usque adeò non contra-
rius, ut eadem caritatis lex quæ ju-
bet ut demus nos, illa etiam à pro-
ximo requirit, ut suo commòdo a-
lios non opprimat. Et sanè si licet
mille florenis domum emere, alteri
eam locare, & quinquaginta flore-
neos pro *évoué* exigere, quidni et-
iam licebit usum annuum illorum
mille florenorum immediatè alteri
elocare? ita approbatur *contractus*
emphyteuseos, quando sc. agrum meâ
pecuniâ emptum alteri colendum
trado eâ lege ut propter annuam

fructuum perceptionem certam pecuniae vel frumenti summam juri & aequitati consentaneam mihi persolvat. Dico *juri consentaneam*: Census enim, *uti dictum*, debet esse moderatus & legibus determinatus. Ita hodiernae leges pro usu centum florenorum quotannis quinque exigi posse concedunt. Quod tamen ita strictè inter mercatores observari nequit. Hi enim non rarò centum florenis centum uno anno lucrantur, quod lucrum quoque creditori ex parte tribuendum esse ipsa aequitas dicitur.

SECTIO NONA.

De Magnificentia.

Magnificètia, μεγαλοπρέπεια, dicitur ex suo objecto, quod sit virtus in magnis faciendis sumptibus mediocritatem servans. (α)

Ex quo duplex resultat magnificentiae & liberalitatis discrepantia. 1. Quod illa in sumptibus saltem faciendis; hæc in quibuscunque erogationibus etiam minimè

sum;

sumptuosis occupetur. 2. Adæquatum liberalitatis objectum sunt *ἀρίματα* indefinitè omnia; magnificentia verò non omnia, sed aliqua saltem.

Excessus hujus virtutis est luxus, vitium in magnis sumptibus erogandis, non honestatis sed delectationis gratia consistens.

Defectus sunt sordes indecora & intempestiva parsimonia sumptuum in rebus, quæ ad statum honoris tuendum, & ad necessaria opera perficienda pertinent.

CANONES.

1. Qui magnificus, idem liberalis, qui autem liberalis, idem non Magnificus.

2. Quod magnificum & splendidum, id mirabile.

3. Sumptus fiant 1. non glorie causa sed honestatis. 2. cum voluptate. 3. sine parsimonia, & 4. observentur conditiones liberalitatis, quando, quantum &c.

4. Non

4. Non sua causa magnificus sumptus facere solet, sed Reip.

5. Si quis humili sorte arcem extruit & bellum gerit, magnificum quidem perficere opus videtur, ac non magnificus.

6. Si furto, rapinis, fraude aliisque modis illicitis acquisivisti, ea magnificè quæ expendis, nil minus quam magnificus dicendus eris.

Nullus pauper est magnificus, nullus item plebeus, nullusq; ineptos quibus facit sumptus.

NOTÆ.

(a) Magna quidem est hujus virtutis excellentia medium tamen observat in ipsa magnarum licet rerum erogatione. Nam & magnorum sumptuum alii aliis minores alii majores. Prout ergo divitiæ unius cujusque tulerunt, expensæ minus aut magis sunt futuræ sumptuosæ. Excellit enim modum quam primum res familiaris Magnificentiæ tua periclitari cœperit; deficit verò quando Ecclesiæ, Reip. & concivium familiaris

miliaris detrimentum largioribus
sumptibus promovere potuisses.

SECTIO DECIMA.

De Magnanimitate.

Magnanimitatem, μεγαλο-
ψυχέων, in genere circa res
versari magnas ipsa significatio &
Etyologia docet In specie verò
occupata est circa id quod in ex-
ternis bonis maximum & dignis-
simum est, Honorem scilicet qui
est præmium virtutis tributum Vi-
ro bono à congruente ejus iudice,
illius virtus refulgeat, cæterisque
ejus exemplo ad virtutem inciten-
tur.

Definitur ergo magnanimitas
virtus in magnis honoribus vel
appetendis, vel fugiendis medio-
critatem servans.

Extrema versantur circa idem
cum mediò objectum. *Quidam*
enim hic peccant in defectu, qui
vocantur *Pusillanimi*. Hi cum ma-
gnis

gnis honoribus, vel etiam majoribus quos expetere debebant, censentur digni, minoribus tamen se dignos iudicant. *Quidam* in excessu delinquunt, dicunturque elati, quod aliorum variis persuasionibus & blanditiis seu adulationibus circumventi & irretiti, vel propria opinione ducti sibi magna imaginentur, seque summis honoribus dignos esse iudicent; cum tamen omni virtute carentes nullo honore digni sunt.

CANONES.

1. *Rectè dicit Philof. 4. Eth. c. 3. Videtur magnitudo animi quasi splendor quidam & ornamentum esse virtutum omnium. (α)*

2. *Unde quoque magnanimum necesse est, non tantum virum bonum esse, sed ei adesse etiam quicquid in unaquaque virtute eximium est.*

3. *Magnanimus summus quidem*

ac extremus est magnitudine, sed modo rationeque medius.

4. Magnanimus circa magnos & graves viros magnus quoque existit: Erga mediocres & humiles magnitudinem temperat, ne videatur eos contemnere.

5. Magnanimus non laudat temere quicquam & nemini facile maledicit.

6. Pericula quoque parva non subit, nec ulli leviser se objicit, quia pauca virtute sua digna putat.

7. Liberè etiam quæ sentit, solet dicere; idque eo facit, quod & aliqua ex parte contemnat, & verà loquatur: nisi fortè si quid dissimulatione regendum.

8. Humilitas spiritalis non tollit magnanimitatem Ethicam.

9. Quæ in civitate non maximus virtutis bonus tribuitur, in ea optimus civitatis status stabilis & firmus nullo modo esse potest.

10. Ne

10. Nemo tamen supra modum honore ornandus: sed exiguos potius & diuturnos honores tribuere, quam celeriter magnos, communis conservanda Reip. ratio est.

11. Est in eorum potius potestate, qui colunt, bonos, quam qui coluntur. (β)

12. Fuga honorum nec ipsa per se laudabilis, uti nec culpabilis, sed dum à medio recedat. (γ)

13. Honores, legitimis modis sine acquirendis non vi, non fraude, non metu, non crudelitate, non largitionibus, non calumniis aut detractione aliorum.

NOTÆ.

(α) Ita magnanimus in periculis ad eundis non temerarius est, nec quibusvis etiam parvis sese exponit periculis, ex quibus nihil gloriæ reportare potest; ad magna & necessaria, in quibus maxime virtus splendet, adit, inque illis nec vitæ parcit, sed sibi potius gloriosè moriendum esse, quam turpiter ea declinando

Vivere existimat. Similiter promptus est ad benefaciendum, verecundius autem ad accipiendum: non promiscuè apud quosvis excellere & magnus haberi desiderat, sed solum apud eos qui & ipsi dignitate valent: non facillè frequentat loca honorata, ut è loco honorem captare, aut aliis plus quam virtutem suam deceat sese submittere cogatur, vel etiam præmium virtuti debitum effragitare videatur: in rebus gerendis cunctatur nihil serviliter, nihil rectè, nihil occultè, sed omnia candidè apertè & liberè dicit, ac constanter facit: non tamen est maledicus, multiloquens, quærusus vel injuriarum memor: justitiæ ita est deditus, ut in commutatione & permutatione nemini injuriam faciat, sed virtutem suam bonis fortunæ longè anteferendum esse sentiat.

(A) Honor tripliciter accipitur 1. materialiter & fundamentaliter pro honoris merito sive virtute, & sic est honorari. 2. Formaliter antecedenter, pro actione honorantis, sive actu, quo alii alios honore afficiunt, atqui ita est honorantis. 3. Consequenter pro signo

figno & testimonio virtutis apud omnes conspicuo, & *tum* partim est honorantis *partim* honorati.

(γ) Id quod fit dupliciter *primo* cum fugiemus honores amplectendos; *secundo* cum modis mediisque illicitis fugimus. Ut si *vel* laborum præteritas gravitatem, *vel* turpe quid committas, quò indignus honoribus evadas, *vel* media honesta negligas, quæ ad honores te producant.

SECTIO UNDECIMA.

De Modestia.

COgnata magnanimitati est Modestia, quæ apud græcos *ἐνώνυμη*, interdum tamen per translationem *φιλοτομέα* vocatur, definiturq; virtus servans mediocritatem in parvis honoribus, eo quo decet modo, expetendis.

Extremum In excessu peccans Ambitio appellatur & est vitium, quo honores mediocres nimium & præter rationem certam expetimus,

mus, & huic vitio cognata est superbia.

Vitium in defectu peccans est ἀφιλοτιμία honorū contemptus. Quando honores, licet mediocres nobis debitos etiam præter rationem, aspernamur.

CANONES.

1. Modestia non adversatur, contra calumniatores bonam famam atque innocentiam legitimis rationibus tueri.

2. Modestia semper se procedit & exeret in verbis & gestibus.

3. Omnia superbus est stultus & injustus.

4. Stultus quia imitatur tanquam simiam magnanimum, atq; ita se ipsum præbet deridendum.

5. Injustus quia plus sibi eribuit, quam sibi debetur.

SECTIO DUODECIMA.

De Mansuetudine.

Virtutes quæ videri in bello, & volu-

voluptatibus corporis modum
ponere, quæque in re pecuniaria &
honoribus capessendis rectè omnia
gerere nos docent, explicata sunt;
iam sequitur ea, quæ occupata est
circa *iram*. Licet enim hæc cum
dicatur, *vindictæ cupiditas ex con-*
temptu nostri aut nostrorum oritur.
2. Reib. 2. Per se vitiosus affectus
non fit, tamen quatenus plus &
minus in eadem deprehenditur
virtute quadam, mediocritatem
quæ observare doceat, opus erit.

Et illa est & dicitur *Manfuetudo*,
πραότης, (alias clementia, lenitas
&c.) Virtus in ira & hac insequen-
te vindictâ exercenda mediocrita-
tem servans.

Extremum in excessu est *ὀργι-*
λότης iracundia, habitus exce-
dens, circa iræ affectum, ut quan-
do homines levissimis de causis ad
mentis exitium exardescunt vin-
dictæque cupiditate flagrant. In
defe-

fectu est ἀργυρία lenitudo five nimia patientia: quando scil. aliquis est nimis patiens, nec quomodo, nec quibus, nec quo tempore, nec quas ob causas irasci debet, perpendit. (α)

CANONES.

1. Rejicienda est morositas stoica, quae iram prohibendo sine discretionem omnem mansuetudinem simul rebus humanis eximit.

2. Ut superior, veluti magistratus, parentes, Domini, &c. in inferiorem irā moveatur, nihil prohibet.

3. Aequalis aequali non facile irascitur.

4. Inferior superiori planè non irascitur salva mansuetudine.

5. Qui vero officio superior est considerare debet, ut 1. potius malifacere, quam persona irascatur. 2. ut effervescat irā Ethicā, quae est voluntas juxta leges puniendi, omni vacans corporis commotione.

6. Ira-

6. Irascendum non imprudenter peccantibus, non mente captis, nec iis, qui de nobis bene merentur: sed improbis & malis.

7. Causa irascendi sint certa & graves. (β)

8. Tantum irascendum, quantum proximi incolumitas permittit, & utriusque ipsius propria salus.

9. Iracundi sunt. 1. Qui citius quam par est irascuntur, non autem diu iram sustinent. 2. Acerbi qui tempore irascuntur, longiore & difficilime ante ultionem desistunt. 3. Morosi, qui nunquam, nisi ultionem sumpserint, iam deponunt.

NOTÆ.

(α) Hoc vitium valde noxium est cum Reip. tum illis ipsis qui eo laborant. Ad res enim gerendas minimè sunt apti. Vel enim 1. Socordia correpti, vel timore perculsi, vel misericordia intempestiva commoti vitia legitimis poenis non coercent. 2. Sunt servili & abjecto animo. 3. Videntur
Roli-

stolidi & fatui, ut qui illatas injurias sicut Lapides non sentiunt.

(β) *Finis iræ non sit præceptus vindictæ, sed honesta injuriarum amolitió.* Hoc ipso tamen non omnem privatam vindictam tollimus. Scimus enim quantum imò & capitalem licitam esse certis quibusdam adhibitis circumstantiis, *videl.* quando adest 1. subita violentia, nec ulla ratione cadendo, fugiendo aut aliquid perpetiundo, quis evadere potest. 2. Manifesta violentia, ut nisi resistat, vitam servare nequeat, & 3. quando *moderamen inculpate tutelæ* servatur: ad quod tria potissimum requiruntur. Ut scilicet Defensio 1. fiat in continenti. 2. non animo vindicandi seu propositio ulciscendi 3. ut adsit debita instrumentorum proportio, intellige Geometricam. Hinc si enemis vel aliquis cum suste te absque periculosa vitæ aggrediatur, ne statim bombardam ferientem trajicias.

SECTIO DECIMA TERTIA.

De Humanitate.

Necessaria est in republica animo

E

mo.

morum conjunctio: illa verò causatur per virtutes homilificas, quæ nihil aliud sunt, quam habitus virtuosus, in civili conversatione medium observantes, ne alteri molestia creetur, sed omnia suavitate abundant.

Inter has virtutes homilificas primum locum tenet humanitas, (alias dicta, comitas, affabilitas,) definiturque ex objecto (quod est conversatio,) Virtus in quotidiana conversatione mediocritatem servans, ne quis juste offendatur.

In excessu huic virtuti adversatur adulatio *δρίσκεια*, in defectu morositas *δυσκολία*. Illo modo peccantii, qui nimis observantes aliis sunt, neminique in ulla re adversantur, sed se ad omnium componunt nutum, ut inde aliquod commodum consequantur.

Hoc verò modo, in defectu scilicet peccant, qui in re omni aliis adversantur.

versantur, & parum pensi habent,
si eos quibus cum vivunt, etiam
ob rem non magni momenti, gra-
vissimè interdum offendant,

CANONES.

1. Humanus rationem habeat per-
sonarum vel hominum.
2. Prestantiorum, quibus auscul-
tandum.
3. Aequalium, quibus potissimum
consentiendum.
4. Inferiorum, quibus modestè per-
suadendum.
5. Blanditiæ in vitium cadunt, quæ
gloriæ divinæ adversantur.
6. Unde nec in gratiam Magistror-
um, parentum, Dominorum, aliorum-
ve vera deserenda religio.
7. Omnibus placere qui cupit, nulli
placet.
8. Nec tamen simpliciter displicen-
dum quod est morositas.

De Urbanitate.

URbanitatis objectum sunt ludi, joci, omnesq; res & actiones quibus oblectamenti causa utimur.

Unde definitur urbanitas, *εὐραστεία*, quod sit virtus in lusu & loco mediocritatem servans.

Extremum in excessu est scurrilitas, in defectu rusticitas. Illud est jocos, plerumque scurriles ac turpes intempestive seminandi studium, risus excitandi gratia. Hoc inertia, quæ nec ipsi jocos proferre, nec alios jocantes perferre possumus.

CANONES.

1. Actio secundum hanc virtutem habet respectum, 1. ad personas, 2. locum, 3. tempus, 4. finem.

2. Cum superiori minus tutum jocari, cum inferiori minus decorum, cum equali honestum. 3. Lo-

3. Loca serius destinata negotiis, jocos minimè apta sunt.

4. Tempore turbulento ludicrum peragere scurrilitatis foret.

5. Joci humanae vitae delectationem unice spectent, conversationis, quoque amabilitatem, animorum devinctiorem & bonum publicum.

6. Ludi itaque scenici, si fiant de rebus honestis; cum finis illorum bonus, in bene constituta Rep. tolerari possunt.

SECTIO DECIMA QUINTA.

De Veracitate.

Veracitas (quæ versatur circa verum tum in verbis & sermonibus, tum in factis & actionibus omnibus in tota vita sine ulla spe lucri) est virtus, servans mediocritatem in iis, de quibus sive ad nos sive ad alios pertineant veritas candidè, prout decet, reverenda est.

E 3

Ex.



Extremum in excessu est arrogantia, quæ ea, quæ non insunt, & majora quam insunt, finguntur: defectu dissimulatio, qua negamus ea, quæ insunt, imminuimus. Utrumq; exprimitur nomine mendacii, id quod quidam triplex faciunt: Jocosum scil. Officiosum & Malitiosum.

Jocosum est, quod neminem lædendi causa fit, sed alios eblectandi gratia, qualia sunt poëtarum fabulæ, commœdiæ, &c. *Officiosum est*, quod fit cum intentione boni, ut vitam vel taliam rem servemus, quam alio modo servare nequimus. Cujusmodi mendacium committebant obstetrices Ægyptiacæ, *Exod* 1. §. 19. & Rahab exploratores abscondens, *Jos*. 2. §. 4. Quod mendacii genus non pro opposito, sed temperamento veritatis & prudentiæ accipiendum, *Malitiosum*, propriè ita dictum, *Men-*

Mendacium, est quo quis falsum dicit, ut proximum lædat, & contumelia afficiat. Hoc mendacium in excessu vocatur *arrogantia*, in defectu *dissimulatio*.

CANONES.

1. Dupliciter vera dicimus, cum verba scilicet respondent rebus, & res verbis.

2. Illud, cum quæ, ut se habent; narramus, hoc cum ea, quæ promittimus verbis, & factis prestamus.

3. Etsi amici, & veritas nobis charæ sint, præclarum tamen est pluris estimare veritatem.

4. Non omne verum dicendum; sed quod expedit. (a)

5. Non semper nec ubique verum dicendum; sed tempore solum ac loco conveniente. (b)

6. Illud verum dicendum quod aliterum meliorem reddat, non deteriorum.

E 4

7. Ne-

7. Neque dicatur verum lucri causa, sed unice veritatis amore.

8. Retinendum quoque verum quando data fides id postulat.

9. In contrarium verum fateri licet, cum salus & commodum proximi & Reip. flagitant, ac iussa & imperium Magistratus te verum profiteri volunt.

10. Promissa sunt servanda, ut & fidei hosti ac heretico data.

11. Mendacium proprie ita dictum cum legibus divinis cum humanis prohibeum.

12. Non omnis, qui falsum dicit, mentitur.

13. Licet omnis, qui mentiatur, falsum dicat, (r)

NOTE.

(a) Audivimus sepe ac videmus multa ut vera in publicum prolata ingen-
tib. malis occasionem præbere, ut
nunquam ea propalasse multo sati-
us fuisset. Prudentiâ itaque opus.
Ita ab hostibus, captam vera dicen-
do

do patriam prodere aut magnatum consilia spargere minimè convenit, sed potius probè occultare, id quod taciturnitatis virtus postulat & ab aliis dicitur *mendacium officiosum*, ob quod laudatur *Jehu*, qui propter gloriam Dei omnes Baaliticos sacerdotes occisurus ingentem religionis Baaliticæ zelum præ se tulit. 2. *Reg. 10. vers. 18.* item *Husai*, qui propter salutem totius populi simulabat se hostem Davidis 2. *Samuel. 16. vers. 16.* & alii. Quæ tamen simulatio siue veritatis occultatio minimè deceptionem, cum manifesto mendacio, circumventionem & versutiam, quæ candori & fidei opponitur, conjunctam, spectare debet. Nec enim existimamus illam veritatis occultationem quam hæretici docent *in mentali reservatione* vel *verbali equivocatione consistentem* unquam adhiberi posse, quia nihil aliud quam ars metiendi e. g. Si reus dicat se non fecisse, aut nescire quod fecit & novit, reservans in mente suâ illum sensum quod non fecerit aut noverit, ita ut velit illud manifestare, ille ipse mentitur. Hoc enim pacto dicit & testatur non tantum quod falsum est, sed etiam quod sentit & novit esse falsum,

id autem tam formaliter quam materialiter est mentiri. Deinde hæc occultatio veritatis per mentalem reservationem evertit enunciationis & testimonii doctrinam ac naturam: quia illa sententiæ pars quæ in mente reservatur nihil cuiquam annunciat, significat aut testatur: imò provenit ex intentione fallendi, aut opinionem veritati contrariam in alterius animo generandi; quod est contra naturam testandi aut fidem de hac vel illa re faciendi. *Sotus de just. & jure l. 5. q. 6. a. 1.* ait, dicere non feci, quod tamen feci, licet cum hac mentis limitatione, ut tibi significem, non est æquivocatio sed mendacium.

(β) Vitia proximi in publico (nisi officii ratio id flagitet) taxare non decet, quia privatim potius admonendus erit. Intempertivum etiam fuerit ebrio & nec mentis nec sensuum compoti de sectanda sobrietate & ebriitatis vitio fugiendo concionari.

(γ) Si quis falsum dicit putans esse verum, mentitur tantum materialiter. Sed quis verum dicat, putans esse
falsum,

falsum, aut non putans esse verum, mentitur formaliter. Si verò quis falsum dicat, putans esse falsum, ille materialiter & formaliter, adeoque perfectè mentitur.

SECTIO DECIMA SEXTA.

De Justitia.

Objectum justitiæ est **JUS**, quod nihil est aliud, quam justum & rectum: estque vel naturale, vel gentium vel civile. Natura enim rationis (cui soli inest jus tanquam subjecto adæquato) dupliciter considerari potest: 1. *secundum se & absolute*, 2. *quatenus degit in civili societate & comuni vivendi consuetudine.* Jus naturale convenit naturæ rationali primo modo considerata, vocaturque quod ex instinctu omnibus hominibus inter se commune est. Ad hoc pertinent omnia præcepta quæ unquam recta ratio ex instinctu naturali dicitat servanda esse homini, absolute

lutè considerato, *ut*, Deum esse colendum, parentes honorandos, nemini faciendam injuriam, &c. Jus gentium (*a*) convenit homini in societate & republica civili constituto, diciturque quod *ex consensu populorum illis omnibus aut ferè omnibus commune est*. Dico *ferè*: Neque enim ut aliquid sit de jure gentium, necessarium est, ut omnis universim gentes illud exercent. Hinc licet barbara aliqua ratio non uteretur ea re, qua reliquæ communiter utuntur, id non impediret, quo minus illa de jure esset gentium, pertinent *divisiones bonorum, dominia, contractus, bella, & que similia sunt*. Jus civile duobus modis *usurpatur* 1. *Propriè & strictè*, pro eo quod est proprium alicui regno aut civitati, & sic distinguitur à jure naturali & gentium. 2. *Late* pro toto illo jure, quo unum quodque regnum aut civitas

tas

tas gubernatur; & sic complectitur tria membra, jus nempe naturale, gentium & jus civile strictè acceptum. Hoc sensu affirmat *Ulpian. l. 1. ff. de Just. & Jur. collectum* esse ex naturalibus præcepti gentium & civilibus.

Circa jus itaque, ut id cuiq; reddat, versatur justitia, idque vel *generaliter, vel specialiter*. Illa acceptio innuit justitiam generalem sive universalem, qua sc. quis justè se habet circa bonum commune principis vel Reip. id quod Aristoteles *5. Eth. c. 1.* vocat justum, legitimum & legale, utpote quod leges præcipuè intendunt, cum boni communis gratia sancitur. Altera acceptio innuit justitiam particularem, qua quis justè se habet circa bonum particulare alterius.

Cum autem rursus justitia sit duplex; una distributiva, quæ ceruitur in distributione bonorum
Reip,

no THEATRUM

Reip. aut alterius communitatis
 juxta proportionem meritorum
 unius cujusque ita scilicet, ut quæ
 est proportio meritorum unius ad
 merita alterius eadem sit propor-
 tio præmiorum ad præmia: Altera
 commutativa, quæ cernitur in
 commutationibus & venditioni-
 bus a iis que ejusmodi: fit ut non
 idem in utraque medium seruetur.
 Nam in commutativa servatur
 medium secundum proportio-
 nem Arithmeticam; ut nimirum
 constituatur æqualitas inter rem
 acceptam, & id quod per eam red-
 ditur: *in distributiva autem tenetur*
medium secundum proportionem
 Geometricam, ut eadem in præ-
 miis, quæ in meritis proportio sit.
e.g. si duobus civibus loco præmii
 decem aut eorum millia distribu-
 enda sint, & ex iis unus duplex ha-
 bet meritum, alter verò triplex se-
 cundum Geometricam propor-
 tio.

ETHICUM.

III

tionem danda erunt illi quatuor
millia, huic autem sex. Ut enim
trium ad duo est proportio ses qui
altera, ita sex ad quatuor. Dicitur
hæc proportio Geometrica ideo,
quod, quemadmodum alias in
proportione Geometrica propriè
ita dicta numerorum; ita hic re-
rum convenientia spectatur; ut ita
unicuiq; conveniens & idoneum
tribuatur munus.

Patet hinc quid de Jure Talio-
nis sit statuendum. Etenim neque
injustitia distributiva, neque com-
mutativa locum habere potest.
Non in illa, quia non potest fieri, ut
patiatur quis eadem, quæ contulit
in Remp. Si enim quis patriam
servaverit, quid contra à Rep. ut
par referatur gratia suscipiet? Mul-
tum etiam injustitiæ hac specie in-
terest, utrum volentes vel scientes,
an inviti vel per imprudentiam
peccamus. Sic quoque causam
præbuit & prius injuriam intulit,
gra-

graviores est pœnâ dignus. *Neque in commutativa*, quod non semper simpliciter similium aut æqualium rerum fieri queat commutatio, ut ferri, auri, ligni, frumenti, &c. Accedit & id, quod indigentia humana in contractibus omnia ponderet. Indigentia enim crescente, rerum earum augetur precium. Commutationis igitur hæ rerum cum non semper fieri queant, conservatur æqualitas per νόμισμα, quod nomen ἀπὸ τοῦ νόμος ex lege & non à natura originem detraxit.

Executor iustitiæ dicitur iudex, qui est q. jus animarum, cuius officium quidem est, qualemcunque injuriam ad æqualitatem absque omni respectu personarum traducere: sed tamen hæc æqualitas non exactè semper observatur in jure. Jurisconsulti enim permittunt ementibus & vendentibus inter se circumscribere lucri majoris facien-

faciendi gratia, & denegant adio-
nem *αὐτῶν* nisi ultra dimidi-
am præcii partem sese extendat
deceptio.

In his tamen ut & aliis iudex in-
terdum respicere debet, ad *æquita-
tem*, *quæ multum à justitia & jure
differt*. Jus per se rigorem legum
exigit, æquitas benignè jus expli-
cat, ne tamen in fraudem alterius
hæc cedat interpretatio. Jus de
facto generaliter præcipit æquitas
casus speciales moderatur, & in
circumstantiis occupatur, juxta
quas vel maximè decreta oportet
instirui, quæ quoties non atten-
duntur, *summum jus (in exercitio)
sive summa sæpè injuria*. Præterea
arbitria est, justitia legibus cir-
cumscripta; *Æquitatem* denique
quivis iudex liberè exercet, justiti-
am verò secundum normam le-
gum.

Ex quibus constat æquitatem
nihil

nihil esse aliud, quam correctio-
nem & mitigationem legis sive ju-
ris scripti ea parte, qua lex deficit
ob suam generalitatem, e. g. lex est,
ut nemo sub pœna capitis furtum
committat. Ecce pauper, alioquin
probus, egestate impulsus, tres,
quatuorve tritici vel hordei men-
suras vicino furto abstulit: accu-
satur capitis. Si verba legis respi-
cias est condemnandus & suppli-
cio afficiendus: si verò æquitatem
consulas, aliud suadet.

Cæterum uti reliquæ virtutes in
mediocritate sive medio confi-
stunt, ita & justitia, hoc tamen
cum discrimine; quod, cum reli-
quæ hominem ad se ipsum ordi-
nent necessariò sine constitutæ in
medio respectu nostri: *Justitia*
autem, quia operationes in ordi-
ne ad alterum dirigit, *in medio rei*.
Unde quoque secundum rem duo
habet vitiosa extrema. Omne nam-
que

ETHICUM:

115

namq; iustum est æquale, & omne est æquale, cum habeat plus & minus. Ubi hoc ipsi excessus & defectus est, qui explicatur voce iniustitia.

CANONES:

1. Jus naturale (cum naturale rationis dictamen) nisi in se immutabile est; ita nec abrogari potest, nec desinit obligare. (β)

2. Legitime leges legitime sancitæ obligant ad parendum etiam in conscientia.

3. Nova legi cedit vetus.

4. Aliud est iusta agere; aliud iuste.

5. Illud etiam in iniquissimum cadit, hoc non item.

6. Aequalitas utriusque rei non quantitatis, sed qualitatis & dignitatis spectanda.

7. Precium non rei saltem, sed officii etiam dignitatis (æstimatur verò officium ex arte, duratione, adjuncto

juncto periculo, molestia) respondeat.

8. In distributione pramiorum presupponatur virtutis actio.

9. Quo excellentior est virtus tanto preclarior sit pramium. (γ)

10. Quo factum est gravius (aggravatur autem objecto efficiente, effectu circumstantiis) & in bonestius tanto debetur poena gravior. (δ)

11. Hinc, crescentibus delictis, exasperanda sunt poena. (ε)

12. Poena vero potissimum triplex exercetur; in bonis fortuna, fama & corporis: quae vel capitalis, vel non capitalis.

13. Judicem simul & actorem esse implicat.

14. Judex judicare debet secundum scientiam: h. e. rei veritatem.

15. Qui statuit aliquid parte inaudita altera, Aequum licet statuat, baud equus fuit.

16. In facto capitali & notorio judex

de x aliquem non accusatum damnare potest.

17. Non simpliciter rei effectus, sed efficiens affectus in crimine est.

18. Meliorem judicant virum equum, qui de jure suo stricto cedit eo, qui in jus suum urget.

19. Differre ab eo quod injustum est, injuria.

20. Quod enim injustum, est vel natura, vel instituto, quod ipsum postquam factum est, injuria dicitur.

21. Volenti non fit injuria. (L)

22. Nemo invito injuriam cuiquam inferi.

23. Uti nec nemo injuriam sciens & volens patitur.

24. Unde qui suas opes delapidant, seque ipsos interficiunt, licet sibiipsis inferant damnum, injuriam tamen non faciunt.

NOTÆ.

(a) Cum propter varios diversosq; ex hominum succedente pravitate, casus

sus emergentes, in quibus quid jus
 præcipiat naturale statim videri nõ
 potuit, ideò evenit, ut homines jura
 alia præter naturæ jus necessaria &
 ex principiis ejusdem propullulan-
 tia, condiderint. Hinc gentes jus si-
 bi quoddam per ratioeinationem
 sive modum illationis constitue-
 runt, omnes aut ferè omnes utun-
 tur. Cum autem nondum omni-
 bus, hominum querelis id mederi
 posset, necessariò tandem jus civile
 est inventum, quod quilibet populo
 præter naturæ & gentium jus sibi
 constituit. Collegerunt autem viri
 prudentes id ipsum partim ex natu-
 ra, partim ex humano judicio non
 quidem mero, sed longè ab experi-
 entia & prudentia informato; neq;
 per viam illationis, ut jus gentium,
 sed per determinationem generalis
 principii ad speciale legem consti-
 tuerunt. e. g. Omnis delinquens est
 puniendus: ergo adulter, item ho-
 micida gladio, fur autem suspendio.
 Prior propositio fundamentum ha-
 bet in natura, altera in humana pru-
 dentia. Obiter quoque hinc notari
 potest, jus gentium mediam quan-
 tam

eam naturam obtinere inter jus naturale, & civile sive positivum illud, quod est unius aut alterius gentis proprium. Cum jure naturali id habet commune, quod absque certa autoritate & promulgatione ubique recipiatur, & si contrarium fiat, omnes judicent malè fieri. Cum jure autem positivo hoc habet commune, quod ex communi consensu eorum quorum interest possit mutari & abrogari e.g. Divisio rerum est de jure gentium: potest tamen alicui fieri justa de causa, consensu communi, ut omnes possessiones sint communes.

(β) Obligatio juris naturalis oritur ex ipsa rerum natura: quia autem hæc mutari nequit, illa quoque erit perpetua, ita ut omnia juris naturæ præcepta semper & ubique obligent. Quod tamen intelligendum de jure naturæ in se considerato: *per accidens* enim admittit variationem, ratione sc. *circumstantiarum, subjecti aut objecti* e.g. reddere depositum est de jure naturali. Quod si tamen rei depositæ (gladius fortassis) dominus inju.

injuriam incidat, recta ratio con-
 trarium dicitur. Ita si quærat, an-
 non jus naturale mutatum fuerit,
 quando Abrahamo à DEO præce-
 ptum ut filium suum mactaret, &
 cum Israelitis permittebatur Ægy-
 ptiorum bona auferre, non occurrit
 in istis exemplis mutatio legis, sed
 tantum materiæ sive objecti circa
 quam lex naturæ versatur. *In priori*
enim vita innocentis, quæ non fuit
 subiecta potestas: Abrahami ut cau-
 sæ principali, subiciebatur ipsi ut
 instrumento domini & beniplaciti
 divini. *In altero exemplo*, bona Ægy-
 ptiorum ob Dei voluntatem, qui
 omnium est Dominus absolutus,
 desinebant esse Ægyptiorum, & in-
 cipiebant esse Israëlitarum, ac pro-
 inde hi non res alienas sed suas ac-
 cipiebant.

4) Excellentia virtutis potissimum
 in hisce consistit, *prima* si in subje-
 cto firmata multisque actionibus
 comprobata. 2. Si multum com-
 modi Reipub. adferat. 3. Si virtutis
 actio fuerit difficilima & periculo-
 sa. 4. Si etiam virtus hæreditaria at-
 que per parentes quasi propagata:
 sus,

rum enim non propria tantum virtus, sed & majorum nobilitas, majus quoque premium requirere videtur.

(d) Dico quod aggravetur factum i. *obъекto*: multum enim an parum quis abstulerit necesse est ut attendatur. 2. *efficiente*: majorem enim meretur, poenam vitium aut malefactum viri officio præclaro honorati, quam personæ privatae. 3. *circumstantiis*, ut si *vel* factum sit publicum, multisque scandalo, *vel* cum aliis vitiis conjunctum, *vel* etiam frequenter perpetratum.

(e) Licet vitium ratione essentialis suæ interdum per se non sit capitali poena dignum, at tamen cum nimium evadat frequens, fit quoque grandius, ut poena major debeat. Et ex eo concludunt multilegislatores furum suspendia non repugnare justitiæ; eò quod in coercendo non tam res quæ violatur, quam qualitas delicti attendenda; an videlicet & quatenus lædat remp. ac salutem communem ad cujus conservationem omnes leges sunt referendæ. Manifestum autem est quod salutem

communem fures æquè ac sicarii,
 quorum pœna capitalis, lædant,
 quippe distinctionem dominorum
 & bonorum proprietatem, quæ
 non minima Reip. fundamenta, e-
 verzentes.

(5) Per volentem hic intelligendus
 est sciens & liberè & spontè consen-
 tiens in factum. Difficultas alias nul-
 la esset, cum quæritur, an in injuria
 possit fieri volenti. Quod enim fit
 vel ex ignorantia, vel ex terrore &
 violentia, censetur in voluntarium
 saltem ex parte, atque adeo ex illa
 parte injuriam admittit.

Appendicis

THEATRI ETHICI.

SECTIO PRIMA.

De Semivirtutibus.

HAdemus de illis mediis ad fi-
 nem Ethicæ, summum scil. bo-
 num, directè quæ ducunt ad eum;
 jam de his, quæ partem essentia-
 lem quidem Ethicæ non constitu-
 unt.

unt, suo tamen modo huc referri
possunt appendicis loco breviter
aliquid subjungemus.

Primo ergo hinc se nobis offe-
runt. Semivirtutes, quæ nihil aliud
sunt, quam dispositiones ad perfe-
ctas morales, ceu inchoamenta
quædam earum.

Horum numerum, etsi ex perfe-
ctarum numero æstimari conveni-
at, ut tot sint initia, quod comple-
menta; (α) Quia tamen in specie
sunt ἀνάμυρα; Idcirco ex generali
objecto numerum ducendum exi-
stimavit Philosophus. Id verò du-
plex: *Voluptas & dolor*: de quorum
priori *Continentia*, ἐγκράτεια po-
steriore autem *Tolerantia* καρτερία
laborat.

Continentia (intellige non na-
turalem, nec coactam, sed quæ na-
turam virtutis redolet) est virtus
imperfecta, quæ inordinatos affe-

Etus omnes, imprimis alimenti & veneris, rectæ rationi reluctantes dominium obtinet, Vel, *dei Picc. grad. 3. Phil. moral. c. 14.* definit, est affecto proba sequens rationem rectam qua homo se abstinere à voluptatibus cupiditate repugnante.

Convenit itaque continentia ut & aliæ virtutes imperfectæ cum perfectæ in eo 1. ut affectibus eripiatur dominium, quod in rationem sibi usurpant. 2. ratio verò in affectus dominium acquirat. In eo tamen differunt, ut sine repugnantia graviore idem dominium exerceat, id quod perfectæ tantum convenit virtuti.

Oppositum continentia in defectu nomine caret. In excessu dicitur incontinentia, qua nonnulli contra iudicium rectæ rationis à parvis cupiditatibus quodammodo inviti ad peccandum abripiuntur. Estque vel præcipitancia, vel

vel infirmitas. Illa dicitur incontinentia, qua subito per imprudentiam ad peccandum per vehementiorem affectum prolabimur. Hæc dicitur incontinentia, qua aliquandiu pravis cupiditatibus resistentes tandem succumbimus. (7)

CANONES.

1. *Continens is non est, qui voluptatibus se abdicat licitis, quibus frus nulla prohibet honestas.*

2. *Qui ficticia sanctimoniam premium spe pœnarum metu, voluptatibus vel abstinent, vel se abstinere simulane nomen continentis non promerentur.*

3. *Non est una atq; eadem virtus temperantia & continentia.*

4. *Non enim temperans affectibus malis & vehementibus turbatur: contra vero continens affectus habet non tantum vehementiores, verum etiam malos.*

5. *Similiter differt ab intemperante incontinens.*

F 3

6. In-

6 Incontinentem enim actionum
pravarum pœnitere potest, intempe-
rantem non item.

7. Ideo hic quidem *ἀνίατος* est:
ille vero *ιατός*.

Tolerantia est virtus, quia res
laboriosas & adversas cum quo-
dam dolore conjunctas honestatis
gratia magno animo perferimus,
vel uti *Picc. describit* est affectus ra-
tionem rectam sequens, qua ho-
mo perfert dolores, repugnante
irascendi appetitu.

Docet ergo hæc virtus. 1. tole-
rate dolores, qui honeste ferun-
tur, nec præter honestatem excu-
tiuntur. 2. Media vitare illegitima
quibus declinare dolores haud
perinde licet. 3. Dolores iniquos
mediis legitimis profligare.

Opponitur ei in excessu perti-
nacia excedens modum in rebus
adversis, quo quævis sine honesta-
tis ratione perferuntur. In defectu

mollis

mollities, qua nullos dolores aut molestias honestatis gratia sustinere possumus, sed ab omnibus iisque levissimis doloribus ac molestiis vincimur.

CANONES.

1. *Tolerans non habet se merè passivè sed etiam est activus resistendo scilicet eo modo, quo par est, iis qua tolerare fac non est.*

2. *Tolerantia malorum si suscipitur ob res honestas, magnam meretur laudem: si ob turpes non solum non meretur laudem, qui tolerat, sed eo miserior est ac peior, quo prestantior se gesserit.*

3. *Licet majoris consilii sit providere ne quid accidat: animi tamen non minoris fortiter si evenerit ferre.*

4. *Unde is demum Vir erit, cuius animum nec prospera flatu suo nec adversa infrigent.*

5. *Mollities si orietur ex vitio na-*

zura sive gentis, & morbo, excusationem aliquam mereat.

NOTÆ.

- (α) Principia enim media & viæ à suo fine & termino, numerum, naturam & conditionem recipiunt.
- (β) Prævaleat quidem hîc recta ratio, nondum tamen est exactè uti in virtutibus perfectis confirmata, & sedata interna sensuum & rationis pugna, quæ turbat quosdam magis quosdam minus, ut magis, vel minus virtuti sunt proximi & ad eam parati.
- (γ) In continens partim sciens, partim ignorans dicitur agere. Id ut intelligas nota 1. Scientiam (quod vocabulum hîc pro notitia sumitur) esse vel generalem vel specialem. Incontinens novit in genere, quæ honesta & quæ inhonesta sunt. Ubi verò ad speciales actiones deventum est, particularia, ob animi & rationis rectæ turbationem, applicare universalibus nescit. 2. *Obserua*, incontinentem triplici posse considerari modo 1. *Ante actionem*, & tum omnîo est præditus notitiâ honesti tam generali quam
- Ipea

speciali. 2. in ipsa actione, & tum simili-
lis est ignorantia, quia animus ita
perturbatus est pravis affectibus ut
uti haud possit ea, qua pollet notitia.
3. Post actionem, & sic redit quasi ad
seipsum & illam notitiam, quam
antea habebat, & quidem ita, ut
poenitentia ducatur.

SECTIO SECUNDA.

De Virtute heroica.

Virtus heroica, (α) ἀετή ἡρωική, ab Aristotele dicitur divi-
na, non quod Deorum sit propria
(siquidem ex mente etiam philo-
sophorum virtus in Deos non ca-
dit, sed aliquid virtute amplius,
quod actum contemplationis in-
digitant.) Verum quod homo vir-
tute hac praeditus ultra communem
hominum sortem se q. elevans, di-
is se quantum humana fert condi-
tio similem praestet. Hinc dicitur
virtus (β) quibusdam divinitus

F § CON-

concessa ad expediendum ea, quæ viribus humanis præstari nequeunt.

Per vocabulum *divinitus concessa* non indigitamus occultum quendam seu fanaticum spiritum, sed naturalem potissimum indolem, cui Deus peculiari benedictione singularem honestatis ac divinitatis ardorem & amorem indidit, unde postmodum eximii & admirabiles ad magna tentanda impetus exurgant.

Vitium virtuti heroicæ in excessu oppositum nominatur *feritas* seu *bestialitas*, Græcè *Ἰνσέκτυς*, non quod hæc ferarum sit propria, sed quia tunc homo omni sensu humano deposito, ferarum instar solo sensuum affectu ducatur. Hinc est tale vitium, quo homo rectæ rationis iudicio excusio, omnique humanitate projecta, bestiarum more ea amplectitur & perpetrat,
 à qui-

à quibus alioquin humanus animus naturaliter abhorret.

In defectu eidem opponitur ignavia summa, & ineptitudo ad omne virtutis impetum.

CANONES.

1. *Virtus heroica puerorum propria non est.*

2. *Heroem dicimus non quemvis eximium atq; præstantem virum, sed eum saltem, qui dono extraordinariè concessò sic excellit, ut omnibus sit admirationi.*

3. *Nemini facta heroica imitari fas est, nisi divina vi instructus fuerit.*

4. *Hinc virtutis heroica natura ex virium per singularem gratiam & extraordinariè concessarum quantitate aestimatur.*

5. *Non sufficit magna moliri, hoc enim potest etiam temeritas, sed ut eventus conatibus respondeat oportet.*

(a) Duplex se offert heroica virtus *Una Christiana*, quæ fide, spe, charitate constat, aut in spiritali palæstra cum Satana cæterisque hostibus animam & vitam petentibus dimicat. *Altera Politica*, quæ hujus est loci, humanam quasi sapientiam superans.

(b) Virtus hæc pro diversis subjectis diversimode se habet. In quibusdam excellentior est & luculentior, adeoque usu frequentior, & in iis radices quasi agit naturamque veri habitus induit. In aliis verò unius aut alterius est facti: & hi quidem exiliore ac inferiore gradu heroes dicuntur, nihilominus verè ac propriè hoc nomine appellari possunt.

SECTIO TERTIA.

De Amicitia.

DE amicitia hîc agere non est inconueniens; licet enim non sit virtus est tamen hujus effectum & societatis humanæ vinculum, cum per eam non tantum Resp.

ex.

exaedificetur, sed & illa cuius privato ad bene beateque vivendum, sed virtuosè agendum magnam adferat monumentum.

Est autem amicitia *alia* naturalia, *alia* civilis. Naturalis illa est, qua singulari quodam amore diversa copulavit natura. 1. per speciei identitatem. 2. per accidentalem similitudinem. 3. per generationem. Civilis est, qua animi mutuo affectu ex conversatione contracto sibi divincuntur.

Et hæc iterum potest dici *vel* inhonesta *vel* honesta. *Ille* est quam mali fines & mala media conciliant. *Uti* conpirationes latronum, furum, &c. *Hæc* quam jungunt media licita & fines honesti. Qui triplex (propter objectum *bonum* scil. quod *vel* honestum *vel* iucundum *vel* utile) *honeste* specialiter sic dicta, *iucunda* & *utilis*. *Honeste* est, quæ propter solam honestatem
seu

seu virtutis amorem; *jucunda* quæ ob conversationis suavitatem; *Utilis* quæ commodi percipiendi causa initur. Posteriores quæ facile sunt mutabiles cessante scil. usu ac utilitate, & voluptate expirante. Unde quoque à prima cui strictè natura amicitia convenit, plurimum differunt.

Priores enim duas amicitia species & improbi interdum inter se contrahunt, & probi cum improbis primam verò tantum boni viri colunt. Ita jucundæ & utiles amicitia non carent suspicionibus, calumniis sæpè & injuriis, à quibus omnibus tuta est honesta amicitia. Accedit quod in speciebus illis duabus, non facile conjungantur jucunditas & utilitas.

Principia veræ amicitia sunt benevolentia, quæ est amor propter virtutem occultus & otiosus, & concordia, quæ est mutua, (non
igitur

igitur concordia est, si tu in alterius,
 non hic vicissim in tua consenseris con-
 silia) animorum consensio. Hinc
 definitur Amicitia mutua benevo-
 lentia ac concordia ex virtute na-
 ta, non lateris. Extrema dari pos-
 sunt cum virtutis naturam imitari
 videatur, in excessu ὑπερφιλία in sa-
 nis amor, quo in gratiam amici
 quis nihil non tentare audet, et si
 honestatem violet: In defectu
 μισανθρωπία fuga hominum &
 conversationis averfatio.

CANONES.

1. Amicitia vera est inter paucos,
 adultiores & equales.

2. Hinc dignitatem inaequalitas of-
 ficit non parum tam contrariè amici-
 tia quam contrahenda.

3. Inter pocula semina amicitiae
 spargi possunt, sed haud facile vera
 contrahit.

4. Zelus

4. Zelus reprehensiones, querelæ non tollunt amicitiam.

5. Unde consensum quoq; in illa non oportet perpetuo exquisitum adeo esse, ut nullus unquam levis etiam existat dissensus. Verum sufficit sic consentiri, ut dissensus qui intercedere potest, non odium aliquod aut similitates pariant.

6. Amicorum omnia sunt communia, non ratione possessionis, sed usurpationis, & quatenus concedit honestatis ac virtutis ratio.

7. Amicos secreto admone. palam autem lauda.

8. Vis exspirari amicum calamitosus fias.

9. Religionis diversitas non parum turbat amicitiam. (a)

NOTÆ.

(a) Etenim vir bonus qui est & amicitia contrahendæ aptus, religionem veram ardentè diligit, falsum autem odio prosequitur, Unde actio-
num;

num, studiorum, finium & consequenter animorum grandia divortia. Negotia quidem cum hæreticis, imo & infidelibus exercere, ad eosdem divertere, aut etiam hospitio excipere non ducimus illicitum aut conversari familiariter sequetotum ut amicum tradere, & cor quasi in illum effundere à quo in religione rebusque gravissimis dissides, id sanè absque conscientia violatione fieri nequit.

SECTIO QUARTA.

De Virtutibus intellectualibus.

Definiuntur virtutes intellectualibus habitus animi, quibus mens verum enunciat affirmando & negando.

Species harum ab Aristotele 6. Ethic. Nicomach. cap. 3. quinque constituuntur: Intellectus, scientia, sapientia, prudentia & ars. Qui numerus probari potest hunc in modum: Intellectus versatur vel circa contingentia, vel

circum

circa necessaria. Necessaria autem sunt in triplici differentia: vel enim sunt ipsa principia, quorum habitus quo cognoscuntur, intelligentia, vel sunt conclusiones, quæ ex principiis deducuntur, & harum notitia dicitur scientia; vel sunt principia cum conclusionibus & gignunt sapientiam. Contingentia sunt duplicia; alia enim sunt extra hominem posita & tantum à fortuna & casu pendent, quæ huc referri non possunt alia autem sunt, quæ ab hominibus tantum fieri possunt; suntque iterum duplicis generis: alia enim consistunt in actione habitusque eorum est prudentia; alia verò in effectatione operis alicujus, & horum cognitio vocatur ars.

Quomodo verò hi duo posteriores habitus ad definitionem virtutum intellectuales modo propositam referri possunt quaeritur?

Nos

Nos dicimus, distinguendum esse inter habitum qui per facultatem, cui inest, operatur, & qui item non. Infrequens haud est, operari habitum in alia facultate, in alia verò esse. Hunc referri potest, quod asserit *Arman Bellou. tract. 2. cap. 87.* Intellectuales dici à tribus, subiecto, generatione & obiecto; ubi priorum respectu practici; at ratione omnium trium junctorum theoretici intellectuales appellantur. 2. *Omnis praxis presupponit theoriam.* Unde verum & falsum quod est in consulatione & electione, idem illud bonum est & malum, in operatione. e.g. verum est, principem non necessaria bella moventem incommodare Reip. malum verò quando ipso actu bellis non necessariis Reip. incommodat. Practicus itaque habitus dicitur affirmare & negare, quatenus obiectum ejus nondum

in

in actum erupit secundum, & contemplationi aliqua adhuc ratione subicitur.

Duplex ergo habitus intellectualis Theoreticus & Practicus, (a) Theoreticus, qui in nuda subiecti consistit contemplatione, ut intellectus, scientia, sapientia.

Intellectus (intellige non potentiam intellectivam, sed habitum potentiae) est virtus animi, qua principia scientiarum cognoscimus. Scientia, qua ex principiis necessariis rem quandam cognoscimus: Sapientia, qua demonstrationum principia & conclusiones intelligimus.

CANONES.

1. Instrumentales habitus etsi modum vera falsaue tractandi ostendant, ipsi tamen non enunciant. (β)

2. Opinio & existimatio, firmis
quia

quia destituuntur fundamentis, virtutibus intellectualibus non annumerantur.

3. Principia proprie oportet esse talia, quae à nemine in dubium vocari possunt.

4. Principia vel absolutè sunt prima quae nihil aliud habet ante se quo probentur, vel secundum quid, prout ab aliis prioribus confirmare possunt.

5. In omni scientia requiritur subiectum necessarium, affectio propria & causa necessaria.

6. Scientia non est reminiscencia, sed habitus acquisitus.

7. Sapientia est habitus compositus & unus.

8. Unus unitate subiecti circa quod compositus ratione duplicis modi, quo subiectum tractat, quorum tamen unus ad alterum est ordinatus.

9. Sex Philos. 1. Metaph. cap. 2.

recon-

recenset sapientia conditiones optimas
ejus naturam explicantes.

10. 1. Omnia scire (non quidem
singularem & quoad individua sed
quoad primos fontes, hoc est, quoad
primarum causarum & principiorum
cognitionem.) 2. Versari circa diffici-
lia. 3. Habere cognitionem certissi-
mam 4. Maximam ad docendum ha-
bere aptitudinem. 5. Non propter al-
liud sed propter se appeti. 6. Aliis pre-
esse.

Practicus habitus est, qui
operando se prodit inque illo ac-
quiescit.

Tales duo sunt prudentia & ars.
Illa est virtus animi cum recta ra-
tione activa in iis, quæ homini
sunt bona vel mala. Hæc cum recta
ratione effectiva.

CANONES

1. In prudente requiritur excogi-
tandi media solertia, experientia, me-
moris,

ETHICUM.

143

memoria, ingenii perspicacitas & rectum iudicium.

2. Rectum autem iudicium postulat. 1. causas futurorum eventuum accurate iutrospicere. 2. ex iisdem occurrentibus eventibus divinare. 3. ad eosdem suas actiones dirigere.

3. Omnibus artibus commune est, 1. edere opus in sensus quod incurrat. 2. membris corporeis tanquam instrumentis uti ad perficiendum opus, & 3. circa determinatum versari subiectum.

NOTÆ.

(2) Diverso considerandi modo Habitus Practici & contemplativi, & contemplativi Practicis præstant. Si comparatio instituat. 1. ratione objecti, principatus debetur contemplativis quia occupati sunt circa necessaria & perpetua, quæ præstant ores contingentibus, circa quæ versantur Practici. 2. ratione subiecti. Practicorum subiectum est voluntas; Theoreticarum verò intelle-

tellektus, qui præstantior voluntate,
 3. modo procedendi, qui in Theoreti-
 cis est Scientificus & Apodicticus; in
 Practicis Topicus. Quod si vero
 usum vitæ humanæ spectes, non im-
 meritò primatus tribuitur practicis
 habitibus.

(Z) Verum & falsum enim de ipsis di-
 cunur rebus. At habitus instrumen-
 tales omni materiâ propriâ destitu-
 untur, dum nullum reale subiectum
 agnoscant.

Tanrum de Ethica.

Sequitur Politica
 Theatrum.



Cum

Cum Deo.

PRÆCOGNITUM I.

*De*SUBJECTO POLI-
TICÆ.*Membrum I.**De*

Familia in genere.

Politica, quæ est prudentia bonum informans civem, absolvitur præcognitis, (*subjecto videlicet ac sine*) & Medio, quod est Respublica.

Subjectum politicæ est vel remotum, vel proximum. Remotum est familia, quæ juxta Philosophum 1. Polit. 1. definitur Societas constituta secundum naturam quotidiani usus gratia. (α)

Natura verò familiarum requirit, ut distinguantur, non verò per

G

som-

Cum

communione vel uxorum vel bonorum confundantur. *Illud* Morgas, quod hominibus impressa natura, delet, & tollit; quia omne parentum & liberorum discrimen tollit: *Hoc* pugnat cum utili seu commodo. Siquidem fieri non potest, posita generis humani corruptione, ut pacifice, ordinate, & diligenter res administrantur, nisi unusquisque rerum suarum curam suscipiat. Jure quidem creationis & naturæ bona actu non fuerunt divisa, sed tamen promissum erat, ut dividerentur (quia jus illud est indifferens ad communionem & divisionem) si id ipsum generi humano videretur.

Partes quibus constituitur familia sunt tres societatis species: Maritalis scilicet, inter maritum & uxorem; Paterna, inter parentes & liberos; Herilis, inter dominum & servum.

NO.

(α) Licet nec Aristoteles nec JCtus expresserit, quod personæ ad familiam requirantur; familiæ tamen finem probe perspectum habenti facilis eius solutio erit. Etenim ideo naturâ duce instituta est familia, ut genus nostrum propagaretur, propagatum verè conservaretur. Ad procreationem sobolis autem mas & foemina, ad conservationem & sustentationem ejusdem servus requiritur. Ac proinde tres erunt familiæ personæ, *Mas* scilicet, *conjux* & *servus*. Multi siquidem rectè occurrunt familiæ absque liberis. Unde illos familiæ effectum potius esse dicimus.

Membrum II,

De

Societate Maritali.

Matrimonium (quod ineundæ esse dicitur Dei ordinatio & speciei humanæ conservatio) est iusta & legitima maris ac foeminae individua vitæ conjunctio.

G 2

Dici-

Dicitur I. *justa ac legitima* I. quæ
 verba requirunt I. *etatem justam*,
 quam non ex certo determinamus
 anno, sed potius generationis po-
 tentiâ, qua præsentem tanquam me-
 dio ad finem matrimonii ducente
 conjugium licitum est; Hæc verò
 evanescente, simul quoque con-
 nubiorum evanescit licentia. 2.
prudorem & honestatem, ne cum
 brutis homines cõsentire videan-
 tur. Hanc honestatem certis pro-
 hibitionis gradibus (α) definiunt.
 Et quidam *recta linea* (β) *in univer-*
sum prohibetur. In hac enim quæ
 sunt personæ, parentum & libero-
 rum locum inter se obtinent. In
linea autem collateralis hodierno
 tempore, *prohibitum est matrimo-*
nium ad quartum usq; gradum inclu-
sivè, secundum computationem
 juris Canonici; (γ) Quod ejus in
 linea collateralis æquali hanc præ-
 scribit regulam: Quoto gradu u-
 traq;

traque persona distat à communi
 stipite, (d) toto gradu personæ inter
 se distare videntur. In linea inæ-
 quali autem hanc : Quoto gradu
 remotior persona distat à stipite,
 toto gradu personæ illæ quarum
 cognatione quæritur inter se di-
 stant. (e) De affinitate à canonistis
 hæc traduntur regulæ. Prima: Qui
 gradus in consanguinitate, ille et-
 iam in affinitate prohibiti cense-
 tur. Secunda: Inter consangui-
 neos mariti & consanguineos u-
 xoris non est affinitas matri-
 monium impediens. 3. hæc ver-
 ba : iusta ac legitima requirunt
 tanquam causam efficientem eo-
 rum, quorum interest consensum
 legitimum. Hic est duplex con-
 trahentium, vel quorum in pote-
 state sunt. Illorum debet esse spon-
 taneus & liberimus: (f) Horum &
 quidem parentum non tantum re-
 quirunt de honestate, sed & de ne-
 cessitate, ita ut sine isto matrimonio

nia liberorum non sint legitima, rectè afferunt nostrates contra Pontificios. Justinianus in pr. Iust. de Nupt. affirmat, rationem neq; naturalem (quæ imperat parentibus obedientiam & reverentiam ex necessitate esse præstandam; maximè ergo in hoc quoq; arduo negotio) neque civilem (quæ est in potestas patria, vi cuius filius sui non habet potestatem; neque sui copiam aliis facere potest l. 20. ff. ad l. Juliam de adult. coerc. 2. hæreditatis successio, ne scil. patre invito hæres agnoscat) permittere, ut absque consensu parentum filius (multo magis in filiabus id locum habebit) nuptias contrahat.

Dicitur II. Maris & Fœminæ: quo ipso repudiamus Polygami-
am, non successivam & per analogiam ita dictam, qua scilicet quis
priori uxore demortua vel legitime
mè

mè separata aliam sibi copulat; hæc enim concessa, uti ex 1. Cor. 7. §. 36 1. Tim. 5. §. 14. & natura matrimonii colligere licet; sed simultaneam, quæ est duarum vel plurimum uxorum & virorum uno eodemque tempore in thoro conjugali cohabitatio. Hæc enim pugnat 1. cum primæva conjugii institutione, Genes. 2. §. 22. quæ secundum Christi interpretationem Matth. 19. §. 5. Marc. 10. §. 8. & Apostolicam approbationem 1. Cor. 6. §. 16. requirit, ut duo sint in carne una 2. Cum lege naturæ, quæ non vult, ut quod unius est rei rapiatur & alteri tribuatur: Corpus autem mariti uxoris est, alteri ergo tradi nequit. Inter Patres V. T. Polygamiam in usu fuisse ex inspiratione vel dispensatione divina non autumo; sed potius ex ignorantia & malè intellecta primæva conjugii institutione, hac in re illos peccasse,

casse, & hoc illorum peccatum veniale fuisse existimo.

Dicitur III. individua vitæ conjunctio. Quamvis autem matrimonium vocetur Maris & Fœminæ individua vitæ conjunctio, illud tamen, vel de affectione & intentione propriè intelligendum; vel hoc quia sine nuptiæ contrahuntur, ut sint perpetuæ in tota vita; vel quod significetur illis verbis arctissima utriusque conjunctio. Alias id ipsum solvi ante mortem potest, tum quoad thorum, & mensam sive cohabitationem, tum quoad vinculum, legitima scilicet causa superveniente nempe, adulterio, quod solum peccat in fidem conjugalem, unitatem carnis dirumpendo. Vide Christi pronuntiatum Matth. 5. §. 32. cap. 19. §. 9. Apostolus quidem 1. Corinth. 7. in casu malitiôsæ desertionis parti innocenti ac desertæ concedit potestatem.

resta-

testatem novi matrimonii ineun-
di ; quia pars nocens ac deserens
temere & de facto divortium pro-
pria auctoritate sine causa effici-
ente & iusta fecit : verum quando
nos cum Christo unicum divorti
causam statuimus adulterium, lo-
quimur de divortio à parte inno-
cente iusta ex causa faciendo.

Effectum seu consequens Ma-
trimonii est potestas maritalis. Per
matrimonium uxor abit in pote-
statem mariti Gen. 3. §. 16. Matth.
19. §. 16. & dicitur esse de familia
viri non patris. l. quicumque C. de
re milit. ita ut vir sit illius caput.
Quæ tamen potestas non ad ius vi-
tæ & necis extendenda ; cum vindicta
hæc privata sit prohibita, uxor sit
caro de carne viri ; in propriam
autem carnem nemini liceat ma-
nus mortiferas inferre.

(α) *Gratus est personarum singulis generationibus propagatarum mutua distantia.* Germanicè vocatur ein Glied. *Dico generationibus:* agitur enim hic potissimum de consanguinitatis propinquitate, quæ per generationes oritur: hi gradus verò, qui in affinitate statuuntur, non generis propagatione sed nuptiis contrahuntur.

(β) *Linea dicitur personarum, de quarum cognatione queritur justa & ordine per generationes disposita series: vel breviter, est series graduum. Recta linea illa est, quæ recta progreditur sive sursum ad personas superiores (& dicitur ascendens) sive deorsum ad personas inferiores (& dicitur descendens.) In ascendente linea tot sunt gradus quot personæ enervantes: in descendente verò tot sunt gradus quot personæ generare. Obliqua sive collateralis dicta est, quæ ad duo latera dextrum & sinistrum sese diffundit. Quando enim ex uno stipite duo vel plures oriuntur filii, & ex illis rursus in suas distinctas lineas propagantur posterii, tunc illi*
inter

inter se mutuo collati, vocantur collaterales. Est autem hæc linea *collateralis* sive obliqua, 1. *aqualis*, cum utraque persona collateralium à communi stipite pari intervallo distat. 2. *inaequalis*, cum alter collateralium à communi stipite longius, alter vero proprius abest.

(r) In quibusdam provinciis evangelice religioni addictis per leges municipales, in linea collateralis prohibitio extenditur, usque ad tertium gradum lineæ inæqualis inclusivè: in quibusdam verò etiam ad tertium gradum lineæ æqualis: *partim* ob pontificiorum vicinitatem, qui prohibitionem usque ad quartum gradum lineæ æqualis extendunt, ne illis occasio scandali vel causa calumniandi exhibeatur; *partim* ut edictis divinis de primo & secundo gradu eo major authoritas concilietur.

(d) Quia enim in quibusdam gradibus sunt prohibitæ nuptiæ propter communium parentum cognationem propinquam, ideò ante omnia inquirendus est communis stipites, tanquam fons hujus cognationis.

Unde etiam in casibus matrimonia-
libus primario quæritur, quantum
persona utraque à communi distet
stipite, in quo cognatio fundatur,
non quantum una in persona distat
ab altera, sicuti fieri solet in hæredi-
tatibus & tutelis.

(6) Ita quæritur e. g. quoto gradu di-
stent *Jacob & Rachel?*

Thare.

Nachor, Abraham

Bethuel, Isaac

Laban,

Rachel, Jacob

Juxta juris canonici supputationem
quarto gradu lineæ inæqualis dista-
re dicuntur: quia tot gradibus re-
motior videlicet Rachel à commu-
ni stipite Thare distat.

(7) Cum consensu libero pugnat in-
vitum; quod *vel ex ignorantia, vel ex
metu sive coactione proficitur*. Igno-
rantiam efficit error, *vel nominis,*
quando circa nomen duntaxat, *vel*
personæ ipsius, quando circa cer-
tam personam, *vel qualitatis,* quan-
do circa quædam accidentia, *ut pote*
bona animi, corporis, aut fortunæ
erratur, *Error nominis,* quia non con-
cernit

cernit contractus matrimonialis
 substantialia, actionem hanc non
 reddit invitam neque contractum
 dirimit. *Errorem personæ impedire
 matrimonium indubitati juris est:*
 Etenim ad ineundum matrimoni-
 um requiritur plenarius consensus
 contrahentium: Ast quando in ipsa
 erratur persona, tunc is qui errat in
 eam personam non intelligitur
 concessisse. *Jacobus Patriarcha non
 fuit jure suo usque, potuisset enim
 Leam, cui nunquam fidem matri-
 monii dederat, repudare.* *Error
 qualitatis circa bonam fortunam sive diviti-
 as, quia non concernit substantialia
 minime quoque vitiatur matrimoni-
 um: si scilicet sponsalia non fuerint con-
 ditionata; utpote quando quis pro-
 misit fidem matrimonialem, si pu-
 ella in dotem attulerit mille aure-
 os; & si ad errorem hunc non acces-
 serit dolus, utpote, si prætenu di-
 vitiarum alterutra persona ad pro-
 mittendum fallaciis fuerit totaliter
 consummatum.* *Error castitatis i-
 ipsam personam & sic matrimonii
 substantialia concernit. Qui enim
 cum virgine contraxit, non nisi in*

virginem consensit ac castitatis conditionem tacite subintellexit. Illa autem sublata, promissio quoque sit irrita. *Metus justus* (qui ex comminatione eorum, quæ jure aliquis exhorrescit, *uti sunt* mors, cruciatus corporis, tormenta, periculum pudicitiae &c.) non vero vanus sive leviculus & reverentialis, pugnat cum libero consensu, ac proinde sponsalia reddit invita.

Membrum III.

De

Societate paterna

SI sepositis & remotis circum-
 scriptionibus, quas quisque
 populus sibi privatim affinxit, pa-
 triam consideremus potestatem,
 comperiemus, eam non aliunde
 quam à natura ipsa profluere,
 quemadmodum unanimi consensu
 docent post *Platonem* 3. de *l. & A-*
rist. 8. *Eth.* cap. 11. Philosophi, ita
 ut non tantum bono, sed & malo
 obe-

obediendum esse præcipiant, quia
& malus natura præest.

Potestas autem hæc patria con-
sistit (non in jure vitæ & necis sum-
ma illa atrocitate. *l. 5. ff. ad l. Pom.
de parricid.* cum liberi dicantur
partes parentum non tantum fi-
ctione juris civilis, sed potius na-
turâ & rei veritate *ut docet Phil. lib.
4. Ethic. c. 12 sed*) 1. in eo, ut filii sui
juris non sint. 2. ut pater castigan-
di liberos potestatem habeat: ita
tamen ut intra: terminos paterne
castigationis illa subsistat. 3. ut
quodcumque acquirat filius, ac-
quirat patri, nisi hujus voluntas
aliud statuatur. 4. de jure civili vetere
fuit potestas patria sita in abdic-
tione liberorum, *b. e.* in ejectione è
domo & familia & 5. exhereditatio
ad quam Justin. Novell. 115. c. 3. in
princ. generalissimè in gratitudi-
nem, si probata fuerit, sufficere
sanxit.

Sol-

Solvitur potestas patria 1. morte. 2. ingratitude, uti diximus: Nam licet graviora crimina committere possit filius; quia tamen hæc directè in pietatem paternam peccat, non immeritò pro causa solutionis paterni affectus & potestatis, primaria vel fortassis unicâ generali tamen, habetur.

Membrum IV.

De

Societate herili.

Licet natura humana in sese considerata sit indifferens ad libertatem civilem & servitutem: sapissimè tamen generat homines adeo rationis impotentes, ut sibi ipsis de victu & salute prospicere non possint, & hos Philosophus naturâ vocat servos.

Alias servi fiunt, 2. Captivitate. Jure quidem debellatos & captivos hostes utpote mortem querentes,

rentes, necare poterant victores; sed hoc strictum Jus æquitate quadam apud gentes in servitutem permutatum, quod iterum redemptione pecuniaria apud Christianos sublata. 2. necessitate, quâ coacti in servitutem sese vendere cogantur homines. Vide 2. Reg. 4. Genes. 47. de jure civili *nativitate*, & quidem illi, qui matre servâ editi. 4. pœna, quando majores viginti annis præcii habendi, non necessitatis causa se venundari passi sunt. l. 5. ff. de statu hominum.

Servitutem apud gentes & præsertim Romanos solvebat *manumissio*, quam trifariam, *vindictâ* scilicet *scensu*, Testamento celebratam olim fuisse testatur, Cicero in Topic. Vide Carol. Sigon de jure Civil. Roman. lib. 1. c. 6. (α)

NOTÆ.

(α) Et quidem hæc de servitute potissimum secundum veterum constitutiones, Verum apud hodiernos ferè

ferè (*fere dico*; scio enim apud nonnullos servitutem præfertim in rusticis adhuc hæerere, quos evulgò nostra lingua *Leibeigene* leute appellamus) omnes gentes magis potuit humanitas, quam apud majores rigor justitiæ, cum jam per multos annos servitutis strictæ jura deserint, imò ipsa potestas vitæ & necis, qua poterant Domini servos liberè interficere vinculis legum sit contracta.

Membrum V.

De

Civitate.

HAtenus de subje&to politicæ remoto, *familiã* videlicet egimus: Ex familiarum autem conjunctione oritur proximum, quod est Civitas, sive societas ad bene vivendum & domibus & familiis instructa, vitæ perfectæ gratia. 30
Polit. c. 6.

Differz civitas à Republica, ut materia formam differz quoq; ab urbe.

Urbs

Urbs enim muris dicitur finiri. l. 2. *urbis appell. ff. de V. S.* Civitas autem non in parietibus aut muris, sed sine illis subsistere potest. Civitas respicit suum civem, qui est socius multitudinis, particeps suffragiorum juris de Republ. statuendi, (a) & talis fit 1. *nativitate.* 2. *de jure civili, manumissione.* 3. *a lectione & cooptatione.* Ita peregrini in communionem civitatis recipiuntur.

NOTA.

(a) Talem verò non posse esse uno & eodem tempore duarum civitatum civem asserimus. Etenim civis aliquis non tantum omnia sua bona, sed etiam se ipsum totum debet civitati uni, ac proinde debitum istud in plures civitates dividi nequit, nisi si personas multiplicare velis. Accedit quod cives sint membra civitatis. At duorum corporum non potest esse unum idemque numero membrum, nisi chimericam, quandam coalitionem tibi imaginari velis. *Minimè rectè tamen ex hisce colligitur.*

igitur aliquem non posse duorum
municipiorum simul esse civem:
nam unius imperio ambiuntur. Un-
de quoque hodiè inter Genevates
& Gernates, nec non inter Vallese-
eos, & quinque Cantones Helve-
tiorum ita pactum, ut harum civita-
rum cives utrobique jus civitatis
habeant.

PRÆCOGNITUM II.

De

FINE POLITICE

UT in artibus & disciplinis ar-
tium quam similibus duplex
solet considerari finis: *Externus* &
internus: ita & iidem in politica,
utpote disciplina practica obser-
vare debent. *Externus*, qui actio-
nem ultimò terminat, & agentis
intentionem plenè satiât, hoc est,
benè beateque in Republica & ci-
vitate vivere. Ea enim est, inquit
Philosopb. 7. Polis. c. 1. necessariò
perfecta; Respubl. cujus descri-
ptione optimè quisque agere &
beate

bearè vivere potest. Internus præcedenti subordinatus est Respublica, lib. 4. politic. c. 11. Ille hic præsupponitur, utpote in Ethica explicatus. De hoc verò medii rationem habente, & ad externum ducere, nobis agendum erit, tum ratione originis sive productionis, tum ratione constitutionis.

LIBER PRIMUS.

De Reipublicæ productione.

CAPUT I.

De

Causa principali

PRODUCTIO Reipubl. dependet à causa efficiente, eaque vel principali, vel instrumentali Principalis est vel universalis vel particularis

Universalis est Deus omnis boni

ni

ni fons & origo. Audite Reges,
 discite iudices finium terræ, quo-
 niam à Domino data est vobis po-
 testas, & ab altissimo dominatus.
Sapient. 6. §. 1. & 3. Per me (inquit
Proverb. 8. §. 5. Sapientia illa increata,
aterna, hypostatica, uti ex §. 22.
colligitur) Reges regnant, & prin-
 cipes decernunt iustitiam. Per me
 principes habent potestatem. Un-
 de & Magistratus dicitur DEI or-
 dinatio *Rom. 13. §. 1. & seqq.* ac Prin-
 cipis filii Excelsi *Pf. 82. §. 6.* Nim-
 rod. *Gen. 10.* violento quidem mo-
 do acquisivit, *uti videntur verba*
textus innuere, imperium, fuitque
 primus Monarcha (sumpto vo-
 cabulo Monarchiæ pro uno ex
 quatuor summis in Scriptura sa-
 cra enumeratis Imperiis) quia
 Babylonicum in ipso habuit ori-
 ginem. Nullam verò ante ipsum
 fuisse politicam potestatem (cum
 potestas gladii ante, *Gen. 9. §. 6.* sci-
 licet

licet fuerit instituta) ipsumque re-
 gnum idcirco non à Deo depen-
 dere, hoc est quod negamus. Di-
 stinguendum enim inter rem i-
 psam & modum, quo quis eam
 consequitur. Res ipsa sæpius est
 à Deo, licet modus, acquirendi e-
 am nec sit à Deo, nec ab illo pro-
 betur. Sic divitiæ sunt donum
 Dei licet modus quo avari eas sibi
 comparant, non sit à Deo. Simi-
 liter Regii status in populo Israë-
 litico principium fuit malum, po-
 puli scilicet Fastidium & κακοζυ-
 λία, nec tamen ille ipse status fuit
 in illo populo illicitus.

Particularis Reip. causa efficiens
 non est improbitas hominum o-
 portet enim adhuc gradus impe-
 rantium & obedientium esse di-
 stinctos, etiamsi omnes probi esse-
 mus; sed *natura humane instinctus*
 quo ad civilem societatem tan-
 quam animal politicum q. trahi-
 tur.

tur. Omnem naturam, quæ non est simplex, sed cum alio connexa, inquit Cicero lib. 2. de Nat. Deor. necesse est habere aliquem in se principatum.

Secundarie cause sunt 1. indigentia, quia nemo hominum aut aquns est. 2. injuria, quæ per magistratum depelluntur,

CAPUT II.

De

Causa instrumentali.

CAUSÆ instrumentales Reipub. sunt modi illi, quibus homines ad Majestatem & certam Reipubl. formam evehuntur. Horum dantur tres, occupatio, electio, successio. Occupatio, quam maximè fit per bellum; illo enim omnia dominio victoris subiciuntur. Electio consideratur vel ratione personarum eligentium, vel ratione modi. Prima consideratione fit vel ab omni

omni populo *vel* ab optimatibus
 five Imperii statibus. Ratione mo-
 di fit *vel* per vota, *vel* per sortem.
 Vota *vel* sunt plane libera in quā-
 cunque personam *vel* ad certum
 quendam ordinem ac certas per-
 sonas legibus fundamentalibus
 restricta. (a) Sors tum locum habe-
 re videtur *vel* cum pares certant de
 Regno, nec sine Reip. damno gra-
 vissimo unus per libera suffragia
 eligi potest, *vel* quando duo aut
 plures, virtute, genere, & aliis ad
 imperium requisitis, pares ambi-
 gunt Magistratum, ut electio di-
 gnissimum vix queat invenire, hac
 ratione enim contemptus suspicio
 præcluditur.

Successio fit i. *ratione generationis*,
 quando scilicet masculi in imperio
 succedunt, & inter illos quam ma-
 ximè, ex consuetudine gentium,
 primogenitus, ne *vel* forma Rei-
 publ. multitudine imperantium

H

mutu-

mutetur, *vel* divisione inter fratres
 facta regnum infirmum efficiatur.
 (β) Per primogenitum autem intel-
 ligitur is 1. ante quem nemo est
 natus, sive alius post eum sit na-
 tus, sive non. 2. qui tempore mor-
 tis paternæ, quo effectum habere
 debet successio, primogenitus de-
 prehenditur. Licet itaque quis,
 dum adhuc privatus existit pater,
 non dicatur filius regis; patre ta-
 men in Regem evedto regnoque
 sibi suisque acquisito fit Regis pri-
 mogenitus, diciturque talis tem-
 pore mortis & successionis delatæ.
 Dixi supra *masculi*, successio enim
 foeminarum in quibusdam impe-
 riis est 1. extraordinaria & 2. non
 caret damno ac periculo propter
 defectum prudentiæ, constantiæ,
 aliaque incommoda infinita, quæ
 vel ex coelibatu quo stirps deletur,
 vel ex matrimonio, quo regnum
 in alterius transfertur sanguinem,
 originem suam trahunt. 2. Fit

2. Fit successio *ratione agnationis*, quo modo deficientibus liberis succedunt agnati proximi. 3. *ratione desponsationis sine matrimonii*. 4. *Ratione emptionis*, ad quem modum pertinet oppignoratio. 5. *Ratione permutationis*. 6. *Ratione donationis* vel inter vivos, vel per testamentum. Exempla horum modorum passim occurrunt.

Cæterum quæritur hic, quinam modus alteri præferendus, *electione successionis, an verò successio electioni*? Breviter: si in hypothese quæ- ratur, an scil. in hoc vel illo regno præferenda sit electio, an verò successio? respondemus, observandum illum esse modum, quem diuturnus confirmavit usus, ne innovatione Reipubl. damnum inferatur: in Thesi verò, si scil. nova informanda venit civitas & respublica, ibi electionem successioni præferimus. Imperium enim di-

gnissimo cuique tribui, oportere ratio docet: At electio optimum quemque invenit: In successione vero quemcunque & cujuscunque etiam fit ingenii, admittere cogimur.

NOTÆ.

- (α) Sic in A. B Carol. IV. Imperator sancivit, ne ad Imperii Romani fastigium alius evehatur; quam is qui se ex germano sanguine latum docere possit, quam constitutionem urget Elector Mochuntinus apud Sleid. lib. 1 in host. anni 1519. ita Deus ipse electionem regis certa quadam lege sancita ad populum Ibraëliticum restrinxit. Deut. 17. 6. 15.
- (β) Finge supremum aliquem principatum inter filios dividi, & aut 1. distrahitur in distinctos principatus, quorum singuli sint pari potestate: Aut 2. divisi principatus administrantur ab omnibus pro rata parte ad instar unitis: aut 3. suprema jurisdictio manet penes unum, cui reliqui tenentur præstare fidem tanquam Vasalli. Si prius assumatur modus, dubium nullum erit, quin

quin nervus virium in tantum dimi-
nuatur, in quantum partes illæ di-
velluntur, in quarum multitudine
unita robur omne consistit. Tene-
tur enim quisque uxorem Regiæ a-
lere, liberos dirare prout princi-
pem decet, neque sui ordini se infe-
riorem gerere. Cum verò ad hoc
sumtus ordinarii non sufficiant, ni-
hil aliud reliquum est quam ut
provincia ære, alieno premantur.
Alterum modum si assumas, multo
gravioribus turbis implicabitur re-
gnum: quia indivisa illa potestas, u-
ti exempla restantur, aut ad *ægyptum*
aut ad unius dominatum propter
impatientem consortii potestatem,
dilabitur. Ad ultimum demum, si
recurras divisionis modum, sanè &
ille non carebit magno incommo-
do. Nihil enim iniquiori ferimus
animo, quam imperium parium;
nihil quoque difficilias, quam
fratrem æquo animo subjici ut Va-
sallum fratri. Quo circa ex consue-
tudine univèrsa ferè imperia & re-
gna ad unum devolvuntur, & qui-
dem primogenitum, qui cæteris
fratribus alimenta dignitati perso-

næ correspondentia suspendicare
cogitur.

LIBER SECUNDUS.

De

Reipubl. Constitutione.

Constitutionis Reipubl. confi-
derandæ sunt *primo* Formæ,
Secundo Termini, *Tercio* Funda-
menta.

SECTIO PRIMA.

De

Formis Reipubl.

CAPUT I.

De

Formis five Speciebus in
genere.

Quia respubl est gubernatio
summæ potestatis: Hæc au-
tem requiescat in personis: (α)
quando personæ variantur secun-
dum numerum Remp. quoque
variari necesse est: quia guber-
nandi potestas aliter uni soli inest,
aliter

aliter diffunditur in aliquos saltem, aliter in universos. Et hinc tres emergunt Reipublic. species simplices; *Monarchia*, cum unus rerum summa potitur, *Oligarchia*, cum plures ad gubernacula Reipubl. sedent, *Democratia*, cum omnes imperium tenent.

Sicut autem omnia instrumenta Politica bonitatem & rectitudinem in sua natura non involvunt: (Quorsum enim dubitaret Philosoph. *sp. Ethic. c. 1. 7. Pol. c. 2.* utrum item sit vir bonus & civis bonus? & qua ratione possent arcana Reip. in fallacias conferti) sed à fine ad quem ordinantur, accipiunt: ita se habent quoque Reipublic. & eius species. Quia enim & hæ ad finem ordinantur, ex utroque bonitatem vel malitiam, ut acquirant, necesse est. Hinc extrahit Philosophus primam Rerum public. divisionem analogicam.

in Rectas & Prolapsas. Rectæ maxi-
mè Reipublic. nomen merentur:
In illis enim referuntur omnia ad
publicum bonum. Prolapsæ sunt
quæ à bono publico in quoquo
genere deficiunt. Sic quia Mo-
narchia est Regia, Dominica, &
Tyrannica: prolabitur Regia in
Dominicam (quæ nondum planè
vitiosa) & tandem in tyrannidem
tanquam in pessimam formam.
Oligarchia dividitur in Aristocrati-
am & Oligarchiam in specie sic di-
ctam: Democraticis in Demoratiam
specialiter sic dictam & Ochlocratiam.
Inter omnes hæc formas absolu-
te & in sese (non in respectu ad
hanc vel illam civitatem, & hosce
vel illos hominum mores) confi-
deratas (β) Monarchia reliquis est
præstantior. Finis enim guberna-
tionis est civium inter se conjun-
ctio & pax, quæ in eo potissimum
sita, videm seu iant, velint, se-
quan-

quantur. Id verò multò certius
& facilius obtinebunt, si uni Pa-
rentum sit, quam si multis. Vix
enim fieri potest, ut multi, quo-
rum unus ab alio non dependeat,
de rebus iisdem eodem modo ju-
dicent. Itaque si multi sunt im-
perantes, & alius aliud imperat
ut alicui non parebitur, aut in
varia studia populum scindi neces-
se erit. Quod tum non metuen-
dum, cum ad unius officium tan-
tum pertinet imperare.

Atque hæ sunt simplices Rerum
publicæ formæ, quæ tamen ita in-
ter se misceri possunt, ut *mixta*
Reipubl. forma inde oriatur, non
aliter ac elementa coalescunt in u-
num, & mixtum constituunt cor-
pus. Licet autem varii possint
dari Reip. mixtionis modi, omnes
tamen non recepimus. Ita quando
tota Majestas vel omnia jura com-
municantur singulis tribus for-

H

s

mis,

mis, discrimen regentium & ob-
 temperantium tollitur. Similiter
 si pluribus statibus idem jus Maje-
 statis alio modo communicetur:
 ita nempe, ut sit potestas in po-
 pulo, autoritas in senatu, ma-
 jestas in principe, mixtio aliquo
 inde non resultat, sed manet po-
 pularis status: quia ejusmodi ma-
 jestatis divisio omnes cives indif-
 ferenter admittit. Ac proinde
 hocce & similes, *uti diximus*, mix-
 tionis modos non admittimus, *sed*
illum, quo jura majestatis separan-
 tur, & diversa diversis statibus at-
 tribuuntur. *v. g.* Si populus habe-
 at curam ærarii publici: Senatus
 illarum rerum teneat potestatem,
 quæ maximè indigent prudentiâ,
 ut sunt judicia publica; Princeps
 verò summam dignitatem. Atque
 talis mixtio erit ex omnibus tribus
 formis: Interdum quoque fieri
 potest ex duabus simplicibus for-
 mis;

mis; idque iterum *vel* ex Monarchia & Aristocratia, *vel* ex Aristocratia & Democratia; *vel* ex Monarchia & Democratia.

Talem autem mixtionem possibilem esse, secus ac alii cum *Bodino* sibi imaginantur, ex eo constat, quod majestas ex multis sive partibus, sive juribus, sive potestatibus, *ut* ferendarum legum, constituendorum Magistratum, ultime provocationis, &c. sit concreta: quæ omnia non est dubium, quin specie differant, & inter se etiam separari queant; ita ut majestas hoc considerationis modo sit divisibilis, licet in summa & perfectissima sui natura indivisibili consistat.

NOTÆ.

(α) Aristoteles sui quasi oblitus *i. Politicorum c. 5. circa finem*, asserit (per paupertatem & divitias distingui. Aristocratiam & democratiam; accedere verò ut qui gubernacula Reip. tenent multi sint vel pauci. *Ex quibus id colligimus* sentire Aristotelem; si

H 6 e.g.

e. g. quatuor sint millia, & tria millia divitum obtineant imperium statum fore Aristocraticum: Sin verò quadringenti forsan pauperes regnant, Remp. fore Democraticam, *Verum sententia hac erronea est.* Etenim 1. sive rex pauper sit, sive dives, semper unam eandemque Reipubl. speciem constituet. 2. Si inopia & copia Rerumpubl. diversitatem efficerent, quid obstabit, quo minus etiam res aliæ, magis necessariæ discrepantiam quandam constituent? ut quando prudentes & docti imprudentes & indocti Reipubl. præsumunt. 3. Stante hac Aristotelis sententiâ, cogimur fateri Monarchiam Oligarchiam & Democratiam non differre specie. Ubi enim ratio constitutiva eadem est, ibi species quoq; eadem: jam verò paupertas in Monarchia æquè ac statu optimatum & populari reperiri potest; omnes igitur istæ Respubl. unius essent speciei, quod absurdum.

(B) Prudenti enim legislatori spectanda sunt inclinationes & mores animorum: Quidam enim Regem malunt *uti per se post cædem majorum,*
item

item Israelitæ tempore Samuelis: alii
 verò regium statum imò etiam nomen
 abominantur, ut Romani post Tarqui-
 nios urbe Româ pulsos. Hinc recte
 monet Philosoph. 4. Polit. cap. 1. ut non
 tantum quæramus optimam Rempub.
 absolute, sed ea, quæ optima sit in hac
 vel illa civitate & l. 6. cap. 7. Aristocra-
 tiam eo in loco constituendam cenlet,
 ubi opus est milite gravis armaturæ,
 uti Equitatu: nam Equos bello alere
 & gravem curare armaturam, non est
 tenuium sed divitum. Si igitur divites
 pericula sustinere, sumtum belli in se
 suscipere, patriam tueri coguntur, ju-
 stum quoque est, ut in honoribus ac
 Magistratibus capescendis, primas ob-
 tinent partes. E contra ubi opus est ve-
 litibus, cerebris excursionibus, popu-
 li regimen est accommodatius. Hoc
 enim spectandum est, ut illi, qui in ar-
 mis exercentur, dignitatem in Repub.
 obtineant; neque enim diu armati in-
 ermibus obtemperare, nec missa face-
 re nisi cum visum est, solent; co-
 gi enim non pos-
 sunt.

Rerumpublic. formis in
specie.

Membrum I.

De Regno, Dominatu &
Tyrannide.

Monarchia (proprie ita dicta
non pro latissimo Imperio sum-
pta) ad suprema Reip. gubernacu-
la non admittit nisi unum, dicitur-
(que Respubl. in qua gubernantur
omnia Imperio unius, penes que
residet suprema & libera potestas.
Inter species Analogicas Mo-
narchiæ prima debetur præroga-
tiva Regno. In hoc Rex salutem
subditorum maxime & primario
quærit, sua illis relinquens bona
propria, & secundum naturæ, gen-
erum, suasq; ex æquo & justo con-
ditas

ditas leges imperans. ○ Atque ita regni naturæ essentialiter importat rectitudinem & virtutem, defini-rique potest Monarchia ad publicam utilitatem directa.

Tyrannus olim significabat Regem: sed cum Reges superbè regnare cœpissent, nomen unà cum re abiit in odium. Ut autem tyrannus à principe distinguatur, *notandum* i. aliud esse Principis negligentiam, & aliud à deliberata mente profectam Reipubl. destructionem. Tyrannus est qui propositum habet nocendi, non autem is, qui nihil quidem contra Rempub. agit, sed sive præ ignavia sive ex impotentia mētis aut stoliditate, sive præ amore otii, sive voluptatum studio, & fuga laborum, minus diligenter in curis Reipubl. occupatur. Etenim Rex & Tyrannus non opponuntur tantum, ut habitus & privatio, sed ut virtus &

viti-

vitium. Quod tamen de lupina negligentia (quando quis scilicet de industria curam Reip. cui superesse possit, abjiceat) intellectum nolo: hæ enim est proximus Tyrannidis gradus.

2. Separanda sunt vitia privata, ut intemperantia, hæresis &c. à publicis. Privata vitia non sufficiunt ad constituendam Tyrannidem. Cum enim Tyrannus in eodem genere opponatur Regi, in quo consistit hujus virtus, in eodem quærendum illius venit vitium, nimirum in administratione Reipubl.

3. Notandum, non ex unico actu Tyrannico judicari debere de ipsa Tyrannide, (hæc enim in tota sua latitudine iniqua est; princeps autem iniquus in uno, bonus esse potest in cæteris) ut nec ex unico actu virtuoso de virtute judicium faciendum.

Hicce

Hisce præmissis cum Philosoph.
lib. 4. c. 10. definimus Tyrannidem,
 Imperium summum unius (sive
 Monarchiam) in pares & meliores
 ad utilitatem privatam & non pu-
 blicam. Voco 1. *Monarchiam*: quia
 licet sit non tantum Monarchia-
 rum, sed omnium omninò Rerum-
 public. pessima, ad speciem tamen
 Rerum public. redigitur. 3. *Polit. c.*
6. 4. Polit. c. 2. 4. 8. 10. & libr. 8. Et b.
c. 4. quoniam bonitas vel malitia
 in essentia Rerum pub. non inclu-
 ditur, ut supra dictum fuit. Voco
 2. *Monarchiam parium & meliorum*;
 quia enim Tyrannus est pessimus,
 ceteri quibus imperat erunt aut
 pares aut meliores: ideoque eò
 magis violenta evadit, & contra
 naturam Tyrannis: quia natura
 quod melius est imperare, & non
 violenter subjici debet. 3. *Polit. ult.*
1. Polit. c. 4. Voco 3. *ad utilitatem pri-*
vata non publicam: Quo ipso in-

DUO

nuo Tyrannidis finem, caput & principium, quod cætera imò ipsum Reip. interitum, comprehendit: dum enim Tyrannus omnia ad suum refert commodum, publicum prorsus evertit. (a)

Cæterum Tyrannum alium vocant in Titulo, alium in Exercitio, Bartol. in tract. de Tyrann. in Titulo is dicitur, qui in iusta vi libertatem invadit, majestatem alienam sine titulo injuriâ in se solum transferens: & talis nonnunquam in ipsa Reip. è civibus subnascitur, interdum extrinsecus advenit. In exercitio, jure sibi oblatum imperium malè utendo in perniciem civium convertit. Quid de hac distinctione sit sentiendum, alibi diximus. Quia enim Tyrannus in Titulo potest esse Rex in exercitio, uti docent Politici, sanè hac consideratione per analogiam talis dicens erit. Tantum de Tyrannide.

Cum

Cum Rex omnia conferat ad salutem publicam, Tyrannus verò omnia agat contra eandem, mediæque via incedit *Dominus*, nec omnia ad commoda civium referendo, nec tamen illa negligendo, sed secundariò curando, postquam suis rebus ante omnia prospexit: sicuti Dominus familiars servos non intendit pessundare, nec tamen eos primariâ intentione curat. Hinc ita definiiri potest: *Dominatus* est Monarchia primariò ad salutem principis, ex consequenti ad publicam civem directa.

NOTA.

(a) Signa Tyranni sunt variâ: inter alia vero 1. virtutum, maximè justitiæ, fraudulenta simulatio: quam facile deprehendes, si videas eum in quibusdam clementiam ac justitiam exercere; in aliis verò crudelitate & violentiâ uti. 2. Eminentium & virtuosorum virorum (ne sc. adversus tyrannidem assurgant) è medio

medio sublatio. 3. Virtutum odium
& vitiorum delectamentum. 4. Po-
testatis inferioris abrogatio. 5. Fa-
ctionum incendium 6. Crudelium
& vitiosorum hominum (quibus
scil. ad evertendam Rempubl. uti-
tur) amor.

Membrum II.

De

**Aristocrata & Oligar-
chia.**

Oligarchia generaliter sum-
pta est summum imperium
paucorum. *Dicitur paucorum.* Sa-
nè numerum imperantium cer-
tum hic defini non licet, cum ab
uno donec ad universam multitu-
dinem decurratur, infinita inter-
valla & differentia personarum
occurrant, nec civium ubique e-
adem adfit multitudo. Hoc tamen
asserimus; Mediocrem numerum
iusto vel minori vel majori haud
immerito præferendum. Inter
plu-

plures vix diuturna concordia:
 pauciores si sint, vel dominatum
 rapere, vel unus reliquos oppri-
 mere facile potest. *Dividitur Oli-
 garchia ratione bonæ vel malæ ad-
 ministrationis in Aristocratiam &
 Oligarchiam.*

Aristocratia est summum impe-
 rium paucorum optimatum ad sa-
 lutem publicam directum. Dici-
 tur optimatum, quod vult ipsa E-
 tymologia & usus omnium Politi-
 corum contra Bodinum *lib. 2. de
 Republ. c. 6.* Aristoteles in hac gu-
 bernatione simpliciter optimos
 poscit. *4. Polit. c. 7.* Sed & hoc ali-
 is convenire formis Reipublicæ
 potest (cum etiam in Regno & po-
 pulari regimine optimum quæra-
 tur) & aliud est virum bonum &
 civem bonum esse. *Nos optimos
 vocamus, non qui exactè sunt viri
 boni: sed qui aliorum compara-
 tione minus mali sunt, aut in qui-
 bus*

bus plura quam in plebe virtutum
 argumenta reperinuntur: *sive* qui o-
 pinione & iudicio vulgi tales sunt.
 Quia verò populus sæpissimè non
 satis dextrè de optimatum iudicat
 natura, optimates etiam inter-
 dum aliquid dant gratiæ; non faci-
 lior optimates ex numero civium
 eligendi erit via, quam si plurium
 eorumque de Republ. benè meri-
 torum iudicio res committatur;
 & ne de fide eorum dubitetur, so-
 lenni juramento ad legitimam e-
 lectionem obstringantur.

*Oppositum Aristocratiæ est Oligar-
 chis in specie sic dicta: qua sc. pau-
 ci è proceribus per injuriam, ad se-
 se trahunt imperium, reliquis, pe-
 nes quos pariter erat, exclusis, to-
 taque multitudine oppressâ, præ-
 ter, leges proprio libitu dominan-
 tur.*

Mem.

*Membrum I I I.**De***Democratia.**

Democratiam in genere acceptam tam pro bona, quam pro corrupto statu, dividimus in Democratiam specialiter sic dictam & Ochlocratiam.

Democratia est summum imperium populi ad Publicam utilitatem directum. In tali statu quatuor requiruntur: 1. ut Magistratus ab ipso constituatur populo atque ab eodem auctoritatem suam sumat. 2. ut à Senatu Magistratus in rebus gravioribus ad iudicium populi appelletur. 3. ut leges, quibus Respubl. est gubernanda, à Magistratu quidem proponantur. 4. ut Magistratus apud populum accusari possit, vel etiam morte mulctari, si ita videatur populo.

Ochlocratia est Democratia multorum

torum

torum absque legibus dominantium, proprium commodum quaerentium, totamque Rempubl. evertentium.

SECTIO SECUNDA.

De

Terminis Reipubl.

Termini Reipublic. sunt imperans & obediens. Illius natura consistit in maiestate & potestate summa, huius in subiectione.

CAPUT PRIMUM.

De

Maiestate.

Membrum I.

De Maiestatis natura & essentia.

Maiestas est jus summum imperantis & legibus soluta potestas. Dicitur i. *summum*: Superiorem

riorem Deum immortalem agnos-
cere sine implicatione contradi-
ctionis non potest. Nam Respubl.
quæ est adæquatum subjectum
majestatis dicitur ordo: in ordine
autem non debet fieri progressus
in infinitum, sed necessario tan-
dem deveniendum ad aliquod
primum, quo nihil in isto genere
prius, & supremum quo nihil su-
perius; & hoc in genere imperan-
tium & parentium est Majestas.
Hinc illi, qui licet Reges & Princi-
pes vocentur alterius tamen te-
nentur imperio, perfectam & illi-
batam non habent majestatem,
*quod tamen ad dignitatis prerogati-
vam non est extendendum.* Hæc e-
nim attendit principem non in
proprio sed alieno territorio, in
quo unus alteri præfertur vel 1. ob
majorem potentiam, ac magis la-
tè patens imperium; vel 2. ob
antiquitatem vel imperii vetusta-
tatem; vel 3. ob inveteratam consue-
tudinem.)

Dicitur 2. potestas soluta legibus :
 non divinis (cum his enim non con-
 fertur ut Rex, sed ut Christianus)
 non naturalibus (hæ enim inscriptæ
 sunt animo omnium hominum, &
 sic respiciunt principem ut homo
 est) nec fundamentalibus (has enim
 ingressu regni mutua cum statibus
 conventionem & jurejurando inter
 posito servare promittit) nec civili-
 bus quoad vim directivam. (a) (Justi-
 tiæ enim primus actus est, agno-
 scere se legibus esse subiectum: Aut
 igitur universalis justitia Regi non
 comperit, aut agnoscat se legibus
 esse subiectum) sed quoad vim co-
 activam. Lex enim coercet tantum
 instrumentaliter, & ut signum vo-
 luntatis in Majestate summa maje-
 stas vero principaliter: si itaq; lex
 cogeret majestatem, agens patere-
 tur à suo instrumento, & ipsum
 coërceret se ipsum; quod absur-
 dum. Accedit quod coactio ci-
 vilis

vilis

vilis procedat à superiore : jam
majestate in Repub. nihil datur su-
perius.

Cæterum majestatem multi cõ-
stituunt duplicem, *Realem*, quæ
Reipublicæ perpetuo inhæret, nec
cum Monarcha exspirat & *Per-
sonalem*; quæ Monarchæ personam
respicit, in quam colicata est, &
cum eadem exspirat. *Verum* non
hic opponuntur inter se esse perso-
nale & reale : talem enim quæri-
mus personam, quæ realem, non
autem nominalem assequatur Ma-
jestatem. *Hinc ita colligo*: Potestas
quæ à populo Principi conceditur
aut est plenaria aut limitata. Si
hæc, nullam consequitur majesta-
tem hæc enim in absoluta consistit
potestate ergò nec personalem. Si
plenaria est, ergò quoq; totalem,
realem omnem accipit; ita ut nul-
la penes populum remaneat nisi
in una numero Republ. duo sum-

ma, duas majestates, absurdè statuere velit. (A)

NOTÆ.

(a) *Vis directiva est*, quando lex ad agendum obligat non per rigorem & poenarum comminationem, sed potius per lum in jure naturali & recta ratione fundamentum, adeoque ad observantionem civiliter invitatur, non serviliter cogitur. *Vis coactiva est*, cum rigore & metu poenarum facienda imperantur; ita ut nisi quis obrumperet, gravem incurrat animadversionem.

(B) *Objicitur hic*: Principe mortuo remanere nihilominus potestatem quantiam realem apud Rempubl. & sic illi coævam esse. Resp. illam potius abfuisse à Republ. vivente Principe, extincto vero illo rursus ad Rempubl. rediisse. Hinc distinguendum inter potestatem, quæ cumulativè & quæ abdicativè confertur in Principem. Illa non plena sed divisa est potestas, non ergo Majestas? Hanc in Principem statuere esse translataam & nihilominus remanere apud populum est contradictio.

Mem.

Membrum II.

De

Juribus Majestatis.

Summa potestas constat juribus Majestatis, alias Regalia dicta. Hæc communiter distinguuntur in Majora & Minora (*) vide Arriæm de jur. Majestatis; nos & præcipuis agemus.

Primum jus consistit in condendis & abrogandis legibus. Summæ potestatis est imperare: imperatur autem potissimum legibus. Unde & in ejusdem manu collocari debent, in qua collocata est Respub. ita ut ab eo omnem vim & robur accipiant. Talis legum potestas penes Principem Romanorum fuit superioribus sæculis: nostro autem tempore est circumscripta: ita non solus, sed cum consensu & approbatione statuum Imperii Imperator legem universalem de-

I 3

mum

num condere possit. *Vide capitulationes Imperatorum.* (β) Uti autem summæ Majestatis est condere leges, ita quoque ipsius solius est eas interpretari. *Novell. 143. non interpretatione usuali, quæ hic non attenditur, nec doctrinali, quæ & ll. Doctoribus conceditur; sed authenticâ, ad quam, cum legis lenitentia est propter rerum circumstantias adeò obscura, ut nullâ omnino ratione ex verbis elici possit, ultimo recurrendum.*

Quam verò Princeps legem jussit; eadem & tollere potest. Dicitur *quam jussit*, ut excludatur lex naturæ, quam qui tollere vult, inimicus est in Deum & naturam. An vero princeps antecessoris sui ll. abrogare debeat? id in subseqq. explicandum erit.

Alterum majestatis jus est extrema provocatio, quæ dicitur *jurisdictionis inferioris judicis*. Per legitimum

nam invocationem superioris in eodem iudicio factam suspensio. Semper enim cum ordine magistratum ascendit, donec in summa terminetur potestate, in qua & ipsam fini & desinere necesse est, nisi ab eadem ad seipsam putemus appellandum (appellatione improprie ita dicta Jesse). Concessio ultimæ provocationis non imminuit Majestatem, modò id non fiat abdicative. (v)

Ex jure provocationis fuit tertium, Magistratus sc. creatio & constitutio; quæ est concessio jurisdictionis particularis certis limitibus circumscripta: superioritatis jure semper salvo. Dico 1. jurisdictionis concessio. Quia enim magistratus Imperio & jurisdictione precaria, utuntur. Idcirco non possunt eam aliunde accipere quam à majestate, cujus propria sunt. Dico 2. salvo jure superioritatis. Ut appareat

I 4 quan-

quantamcunq; potestatem Prin-
ceps alicui concesserit ; semper id
tamen intelligi, *ut loquuntur* ; cu-
mulativè, non verò abdicativè sive
privativè. Ad hoc Regale pertinet
jus creandi Reges, Duces, Comi-
tes, Barones &c. erigendi Acade-
mias.

Quartum jus dicimus esse jus tri-
butorum. Quia enim tributi præ-
statio est signum subjectionis, ma-
jestatem tanquam suum correlatū
ut agnoscat necesse est. Huc per-
tinet *jus vectigalium*.

Quintum est *jus monetae*. Majesta-
tis enim est prospicere, ne quid
Respubl. detrimenti patiatur, ne-
vè pacata ejus gubernatio pertur-
betur, id autem facile ex monetae
mutatione accidere potest. Ne
itaque tale quid fiat, placuit legis-
latoribus, ut jus monetae propri-
um esset Principis. *l. 2. C. de fals. mo-
net.* (d) Tria verò necessaria sunt

MO-

monetæ requisita, *Materia, Forma & Valor*. *Materia* à Dd. communiter dicitur qualitas & bonitas monetæ intrinseca. *Sch.* or und Korn/ Gehabt und Gewicht. Estque pro regionis & imperii diversâ constitutione varia. *Forma* est vox sive signum publicum, ipsi nummo impressum, unde ejus publica auctoritas cognoscitur: & tales formæ itidem sunt variæ. *Valor* est qualitas illa pecuniæ, cujus publica æstimatio est. Vocatur à Dd. qualitas monetæ extrinseca: *Der Werthe oder Werthierung*. Sicut autem jus cudendi *monetæ* consistit in arbitrio ejus cujus est majestas; ita & ejusdem *mutatio*; quæ tamen fieri non debet subito & nisi adfuerit prægnans causa. *Illud quoque hic notari potest* quod is, qui sine privilegio majestatis monetâ nostri imperii euderit, criminis læsæ majestatis reus fiat & flammarum exustionibus mancipetur.

Sexto regalibus annumerantur viæ publicæ, vulgo Land und Heerstrassen: non solum quod protectione, sed etiam jurisdictione ac dominio ad majestatem pertineant. Jus verò qui habet viarum publicarum, in iis quoque ea, quæ & securitatem spectant, curare cogitur. Hinc in nostro imperio, ut certior sit viarum securitas, jus per vias publicas euntes redeuntesque conducendi introductum est vulgo. Die gleiche Obrigkeit auf freyer Ransferlicher Heer- und Reichsstrassen zu gleiten. Hocque jure qui utuntur, dum alienas provincias transmeant, nomina sua edere solent, & persolvere eo nomine certum censum. Unde vicissim obstringitur territorii Dominus, si latronum incurfibus homines vel bona invadantur & spolientur, ut damnum omne resarciat. R. i. August. Anno 1552. S. Damit dann Obrige

Obriquet. Hoc tamen tum de-
 mum locum obtinet, si via Regia
 non insolita depraedatis usus fue-
 rit. Denique *jus belli* ad solam ma-
 jestatem spectat. Si quis pacem
 vel bellum fecerit sine publico sci-
 tu, capitale esto, *inquit Plato ult. de*
ll. Hinc *ll.* Romanæ pro latrocinio
 & non bello reputant, quod non
 ab ipso populo Romano (penes
 quem ante *l.* Regiam summa fuit
 majestas) dictum est *l. 118. de V. S.*
 Sicuti autem *jus belli* est majesta-
 tis, ita etiam *ineunda pacis*, cum
 pari passu ambulant.

NOTÆ.

(a) Majora dicuntur ea, in quibus
 suprema potestas & dignitas maje-
 statis quam maximè consistit: Mino-
 ra verò utilitatem & fiscum respici-
 unt.

(b) Unde Verba recessum imperii ple-
 numque ita habent: Darauff wir
 uns mit des Reichs Ständen/ und sie
 mit uns nachfolgender Articul als
 ein Christlich corpus gegen uns mit
 ein

einander vereiniget / verpflichtet und
 vertragen. Imò Electores, Status-
 que Imperii seiplos unã cum Impe-
 ratore faciunt legum & sanctionum
 seu recessum autores: & Carolus V.
 in constitutione Norimb. Anno
 1524, non tantum affirmat Status im-
 perii consedisse cum suo Vicario
 Ferdinando Archiduce & delibera-
 se, sed etiam conclusisse.

(γ) Vigore A. B. Electores in nostro
 imperio jus dicunt neglectã appel-
 latione. Quod tamen jus Ecclesiasti-
 ci Electores & Palatinus neglexe-
 runt, contrarioque usu perdidierunt:
 Saxonix verò Elector id conserva-
 vit ac præscriptione confirmavit,
 non tantum pro se, sed & reliquis
 Saxonix familiæ Principibus. Con-
 cessum quoque est hoc jus Archidu-
 cibus Austriæ, nec non Ducibus Lo-
 tharingiæ.

(δ) Licet jus monetæ cudendi ad Re-
 galia referatur, possunt tamen &
 alii Principes statusque superiorem
 recognoscentes eo ipso gaudere si
 vel à summã illis hoc concessum sit
 majestate, vel immemoriali præ-
 scriptione consuetudineve acqui-
 sum.

In

In A. B. Tit. 10. jus cudendi monetam auream & argenteam non solum Re- gi Bohemæ confirmatur, sed et- iam Electoribus cæteris de novo in- dulgetur. Quod & ad inferiores status translatum est R. U. A. 1551. 5. 1. 3. Und sollen dertwegen.

SECTIONIS SECUNDÆ.

CAPUT II.

De

Obedientibus.

Membrum I.

De

Peregrinis & Incolis.

Parentium nomine veniunt om- nes, qui in Republ. sub alicu- jus imperio vivunt, uti sunt pere- grini, incolæ & subditi. Strictè ita di- ci.

Per peregrinos hic non intelli- gimus peregrinantes, hospitium solummodo petentes, sed eos qui Domicilium alicubi constituere cupiunt. Hoc i. si magna sit civi-

um

um penuria. 2. si boni viri 3. præter culpam alibi expulsi. 4. si amici nationis, recipiendos esse censemus; ita tamen, ut non præferantur civibus patriæ. Judæos non quidem temerè recipiendos, sed tamen receptos certis quibusdam conditionibus iisq; duris tolerari posse existimamus. (a)

Incolam (Salz-oder Pfalburger) facit domicilium & incolatus præbet omnia habitationis commoda ac jura in quadam Republ. libertatis nempe, urbis, fori, balnei, sacrorum. Non tamen incolæ admittuntur ordinariè ad publicas deliberationes; sed propter commoda tenentur civilia præstare munera.

NOTA.

(a) Tolerantia Judæorum debet esse restricta vel ad leges generales, vel speciales. Generales sunt, ut secundum statuta seu jus istius loci pacificè, tranquillè & sine scandalo
Chri-

Christianorum vivant. *Speciales, vel Ecclesiasticae vel Politicae. Ecclesiasticae sunt, ne Synagogas extruant, ne Christum maledictis proscindant, ne Christianam religionem contemnunt, nec nostros homines ad suam religionem traducant, ne Judæum ad Christianum transire volentem prohibeant, ut impiis dogmatibus renuncient, &c. Politicae sunt, ne cum Christianis matrimonium contrahant, ne immoderatas usuras, aliosque illicitos contractus exerceant, ut causæ eorum coram Magistratu loci disceptentur, ut signo certo à Christianis dignoscantur. Hisce ut & aliis observatis eos tolerari posse existimamus.*

Membrum III.

De

Subditis strictè ita dictis.

IN subditorum numero *quidam* sunt Ecclesiastici. *quidam* seculares. In Ecclesiasticis personis duo sunt consideranda: *Primo* Ecclesiasticum, quod gerunt officium,

in

in verbi prædicatione & Sacramen-
torum administratione potissimū
occupatum: & hac ratione maje-
stati politicæ sunt subiecti. Hac
enim nec potest nec debet illis
præscribere aliam docendi for-
mam, quam quæ in verbo revela-
to est manifestata, *Deinde Politi-
cum vinculum, quo civilis socie-
tatis & Republ. sunt partes. Non
verò imperantes erga parentes.
Confer. I. Reg. 2. § 25, Act. 25. § 10.*

Seculares sunt *vel nobiles, vel
minus nobiles. Nobiles vel genere
sunt tales, vel virtute. Ad nobili-
tatem generis & ipsius propaga-
tionem non quidem necesse est, ut
mater sit nobili genere nata (Pater
enim non matris sequuntur familiam
ac conditionem liberi)* per nonnul-
las tamen consuetudines introdu-
ctum, ut in participatione nobili,
sint geniti liberi. Ita in collegia
Ecclesiastica præsertim superiora,

ut

uff die hohe Stuffer / nemo recipi-
tur, nisi ex linea quoque materna
de nobilitate sua per longam pa-
rentum seriem dare documenta
possit.

Virtute nobiles sunt tales, vir-
tute vel armata, vel rogata. *Ille*
milites, *hac* omnium facultatum
Doctores, Professores &c.

Nulla Resp. tuta, diuturna esse
potest, nisi praesidio militum sit
vallata. Illi vim injustam repel-
lunt, amissa recuperant, nocentes ad
poenam trahunt. Unde militibus
in omnibus propè Rebus pub. ma-
ximè delati sunt honores ac splen-
dida concessa privilegia.

Doctores (a) sunt vel Theolo-
gi, vel Juri, vel Medici, vel Philo-
sophi. Theologis primus datur
locus; quia animabus, quarum
sustinent curam, nihil praestantius;
Juri proximum obtinent, & Me-
dicis immediatè illos sequenti-
bas

bus præferuntur; quod circa salutem totius Reipubl. versantur: *Medici* autem tantum circa individua quorum sanitas ipsis cordi esse debet, omnibus hisce subjunguntur *Magistri* (qui titulus quamquam maximè. Philosophis conveniat, tribuitur tamen in quibusdam Academiis etiam Theologis) (β) *vel Doctores Philosophi*, non tam propter objecti ignobilitatem, quam longam prescriptionem *Licentiatu* gradus in quibusdam locis distinctus est à Doctore; in aliis vero iisdem gaudet privilegiis. *Baccalaureatus* (γ) cuius 1. jus specialiter à Regia majestate, ut Regale impetrandum, & 2. concessio fit ab homine hac Regiâ potestate munito (δ) omnibus quidè facultatib. comunis, sed plerisq; in locis nō nisi Philosophis usitatus.

Minus nobiles subditi sunt *Agricole Mercatores, Opifices*: Sine
agri;

agricolis nulla Respublic. consistere potest, nisi victus expertem nos agere posse vitam existimemus. Cicero. i. offic. Mercatoribus etiam nulla carere potest Resp. Nec enim terris omnibus DEUS largitur omnia: & urbes multæ loco tam sterili sitæ sunt, ut sine mercatura conservari nequeant. Accedit quod per mercaturam & commercia florentissimis cum Rebuspub amicitia contrahantur, coloniam quaquam versus deducantur in orbem terrarum. Nec denique sine opificibus stare potest Respublic. opus enim armis, vestimentis, omnique genere suppellectilis & instrumentorum, quæ non nisi ab opificibus perficiuntur. Israelitæ sanè multum passi sunt incommodi, cum Philistæi caverent, ne inter illos essent fabri ferrarii, 1. Reg. 3. Non tamen ferendi sunt libidinum & voluptatum ministri,
nec

nec qui artes faciunt leviculas &
ridiculas, ut Agyrtæ, funambuli.
&c.

NOTÆ.

(a) Doctores hi, juris potissimum
ob dignitatem & excellentiam, E-
quitibus auratis connumerantur &
paribus cum illis Privilegiis utun-
tur, uti in constitutionibus & Im-
perii recessibus non semel editis, sed
aliquoties repetitis diserte scriptum
& sancitum est. Unde etiam ad Al-
fessoratum Camerae pariter cum
nobilibus assumuntur, ibique pa-
ribus cum ipsis fruuntur stipendiis;
Mec non in quibusdam Cathedra-
libus Ecclesiarum haud secus ac Nobi-
les in capitulares eliguntur.

(b) Parisiis & Lovanii Magistri nostri
dicuntur Theologiae Doctores, qui
omnis doctrinae censuram, sibi ven-
dicant. Ex quo fit, ut aliquando in
Principum rescriptis & diplomati-
bus Magistrati Doctoribus prae-
nantur. Ita & Imperatoris Caroli V.
ad Universitatem Vinnensem literæ,
quibus Lutheri libros Hammis traditi
mandat, hanc habent superscriptio-
nem;

nem : Den Würdigen / unsern Lieben
Andächtigen und Getreuen Rector,
Magistern und Doctorn unserer U-
niversitet Wien.

(7) Probabilis est illorum opinio, qui
nomen Baccalaurii a Pacca lauris,
quæ victoriæ insigne est, deducunt.
Et ad eam facilius amplectendam
impullus fuit, inquit *Frider. Richard.*
Morckhel in dissert. de præmiis Tubingæ
habita. §. 70. p. 41. cum primum in
Gallia hujus gradus candidatis mo-
re antiquo frondes laureas jam bac-
catas, vel frugiferas, auro & argento
elegantè decoratos inter alia affer-
ri viderem. Quod autem nostro
seculo in Baccalaureatu celebran-
do, Baccalaureos nullis baccis nul-
laque lauru publicè donentur, quâ-
manus caputque decoretur, hoc
absque dubio fit ob ipsam lauri pe-
nuriam, qua plerumque laborant
regiones.

(8) Qua de causa & in promotioni-
bus addi solent verba : Ego N. Im-
peratoria autoritate Decanus te N.
creo &c.

*De**Fundamentis Reipubl.*

Fundamenta Rempubl. consti-
tuunt & conservant vel per se,
vel per accidens. Per se vel aperte
vel occulte.

CAPUT I.

De Fundamentis per se
Rempubl. constituentibus
& conservantibus.

*Membrum I.**De***Fundamentis manifestis.***De*

**Virtutibus summæ ma-
jestatis.**

Honestas à quovis homine
aliquid exigat studium vir-
tutis: Sed in majestate, ut antecel-
lat illa virtutibus, peculiare ad-
iones

ones requirit. Virtutibus verò illis potissimum studeat majestas, quibus ad debitum finem, salutem nempe civium & subditorum pervenire potest.

Inter illas operam decet 1. *Austeritatis.* Hac enim imminuta imminuitur ipsa majestas. Ut verò illam sartam te&amque tueatur graviter & pro dignitate agat. 2. Rarò vel in publico, vel in senatu nisi meditatio loquatur, ita tamen ut superbię & stuporis opinionem non incurrat. 3. Si vultu non sit venerabilis, id tamen agat, ut semper serius sit nunquam in rillum facilis. 4. Incessus sit gravis. 5. Familiares intimos habeat paucos, quibuscum jocetur, sed cautè. 6. Caveat ne regi videatur ab uno alterove. 7. Thesauros nullo modo peregrinis ostendet.

1. *Prudentia,* Rex insipiens perdit populum suum, & civitates inhabitat.

habitabuntur per sensum prudentem *Ecclesiast. 10.*

3. *Iustitia*, hæc enim pax est populorum; tu tamen patriæ, immunitas plebis munimentum gentis, cura languorum, gaudium hominum, &c. ut loquitur *Cyprianus*.

4. *Fortitudini* tum bellicæ, tum rogatæ, Fortis sit iudex, nec faciem potentis extimefeat.

5. *Majestas* conservat Rempubl. *Amore & benevolentia*, qua prosequitur subditos. Ut ameris amabilis esto. Diligi princeps, nisi ipse diligat, non potest, inquit *Plinius in Paneg. Trajan.* Ex amore & benevolentia profluit I. *Comitas & affabilitas*. Quæ tamen ita illi commendata esse debet, 1. ut majestatis illum non capiat oblivio; & 2. ne nimiam affabilitate adulationi sit prior, eaque. 3. fidem prostituat. II. *Clementia*. Una clementia mortales superis æquat; ejus-

ejusque muneris memoria nunquam apud conservatos obsolescit. *Convenendum tamen* ne clementia in nimiam degeneret facilitatem: sed temperandus est justitiæ rigor æquitate & clementia non autem extinguendus.

Requiritur 6. in majestate *Fides*. Carolus V. ad Eccium & alios ipsum ad violandum fidem Luthero datam urgentes, dixit: Etiam si fines toto terrarum orbe exularet tamen apud Imperatorem immaculata manebit.

7. *Pietas & Studium Religionis*. Religio enim est societas humanæ fundamentum. *Cic. lib. 2. de Nat. Deor.* Magistratus propugnaculum. *Plato lib. 4. de Republ.* Vinculum legum & honestæ disciplinæ. *An verò exercitium Religionis publicum diversum Majestas in Republic. tolerare debeat, quæritur?*
Resp. Quando status Reipubl. est

K

paca

pacatus, & una in eo tantum viget religio diversas non introducat Majestas. Quando autem est turbulentus, ac sensim diversa introducta est religio, nec potest absque totius regni exitio extripari, ibi quiescendum est magistratui & tempori aliquid condonandum.

De

Educacione publica & Institutione.

Lycurgas rogatus cur illi non ulteretur? respondit, quod bene instituti temporis utilitatem norit. **E** contra vero si neglecta fuerit institutio, frustra feruntur illi, quia frustra imperatur ei, qui obedire non didicit. *Arist 5. Polit.* Proinde Reipubl. interest, educationi & institutioni liberorum prospici. Privatam patrifamilias injungit Oeconomia. Politicus vero dicit ad publicam conservationem instituendas

endas esse Scholas publicas, Collegia, Gymnasia, Academias, præcipitque ut Majestas non solum idoneos Magistros, Præceptores, Professores eligat, sed honorarium constituat de publico.

De

Magistratu.

Magistratum hic non accipimus pro quavis potestate, sed pro ea quæ summæ subjicitur ad gerendam Rempubl. Hujus summa in Amplissimis imperiis & libero statu est necessitas: Majestati enim impossibile est omnia immediate peragere.

Majestas verò in constitutione Magistratus probè attendat. *I. Ut habiles eligat personas, quo ipso rejicimus eos, qui non justa ætate sunt præditi. Juvenes plerumque (de extraordinariis exemplis hic non loquor) sunt imperiti ad irum civilium & perturbationes*

sequuntur. *l. Et b. c. 3.* Convenit tamen interdum senioribus juniores adungere, non decernendi gratia, sed ut ex illarum dictis factisque similia discant. Similiter senes capulares ad labores sustinendos inepti sunt, prudentia illorum ferè evanuit. Media itaque ætas ordinariè eligenda.

II. Ne eligat, qui ulterò eam ambiunt, cum se ingerens pro suspecto habeatur, l. 26, §. 1. ff. de procur. & defensor.

III. Eligat notos & probatos, quorum sc. mores vita & virtus est explorata.

IV. Conscientiosos, ut vigore justitiæ æqualitatem legitimo modo omnibus præstent, & suum cuique jus tribuant; non verò secundum affectus & respectum personarum judicent, sed secundum leges præscriptas: ita tamen ut in re quãdam obscuriori l. non tam verba legis

legis quam i mentem legislatoris attendant 2. in partem benigniorem legis verba accipiant : Summum enim jus summa sæpè injuria. *An verò secundum conscientiam contra acta judicis sive Magistratus judicandum, queritur?* Resp. quod si secundum conscientiam (per quam intelligimus certissimam scientissimam scientiam) hic iudex inferior contra acta pronunciaverit, non benè fortassis innocenti prospiciet : iudex enim supremus sive appellationis actorum fidem erit sequuturus. Ideoq; fortassis commodius erit, si jure suo salvo, iudicio abstineat, & causam hanc ad superiorem remittat, ut ita innocentia accusati testimonium coram illo, majori spe perhibere possit. Quod si verò quaestio intelligatur de supremo iudice res erit expedita. Debet enim veritate non mendacio consensum præbere,

nec innocentē condamnare: At qui
judex hoc in casu certō sciat ac-
cusarum esse innocentē, Ergo, &c.

*V. Videat Majestas, ut officia præ-
sertim graviora & molestiora singula
singulis demandentur.* Nam pluri-
bus occupationibus & cogitatio-
nibus distrahi, & nimium festinari,
& debilitari vires, & conatus lan-
guescere, & multos intervenire
vicarios, & successus optatis non
respondere, & contemptum odi-
umque subsequi necessum est.

*VI. Diligens adhibenda est cau-
tio, ne Magistratus nimia armetur
potentia.* Idipsum enim non tan-
tum liberis Rebuspubl. sed & Mo-
narchiis sæpè perniciosum fuit.

*VII. Neminem officio quamvis
exiguo exhibeat, nisi spes sit ad ma-
jorem dignitatem eum idoneum
fore.* Etenim vel Reipubl. cum da-
mno evehuntur, vel, si loco relin-
quantur, & juniores illis præferan-
tur, lites excitantur.

IIIX.

IIIX. Observet, ne brevi tempore mutetur magistratus. In iis enim parum est authoritatis & confidentiæ, qui jam ad clavum sedent, & intra paucos menses cives vel subditi iterum futuri sunt. Liceat autem hisce diuturnum probemus Magistratum, non tamen perpetuum. In hoc enim multi redduntur potentes, multi se viore.

IX. Annuum instituat Magistratus inquisitionem. Nullius enim virtuti ita credendum est, ut non si publ. constet ratio administrationis. Species magistratus pro diversa Rempubl. constitutione sunt variæ, nos de una vel altera aliquid subjungemus.

De Censoribus & Curatoribus.

AD Magistratum pertinent *Censores*. Quorum officium
i. in numeri, ætatis, ordinis, con-
ditio-

ditionis, dignitarum, professionum, civium existimatione & descriptione. 2. Peculiariter verò censura appellatum, in emendatione morum consistit. Hodie in nostris Rebuspubl. eam nefarium Censorum officium adeò obloletum perspicimus, ut non modo non colatur, sed etiam ferè ignoretur. Apud exteros tamen adhuc viget, & quidem *apud Venetos*; nobilium præsertim censura, quàm magis quàm bello Rempubl. illa conservata constat. *Apud Lucenses* gravis, matura & ferè melior quam olim Romæ censura exercetur. *Apud Genuenses* etiam florida est aliquantum.

Curatoribus licet extra ordinem officia sine lege aut consuetudine committantur; idem tamen officium sæpè ex curatione abit in magistratum, si consuetudine cæperit continuari. Ita Tribuni

ni

ni militum consulari potestate ab initio erant curatores, mox ordinarii facti magistratus. Ita Signori illâ Sanctâ apud Venetos introducebantur extra ordinem: mox cum utilitas eorum conspiceretur perpetuo haberi placuit. Tot autem curatorum possunt esse differentiarum, quod Magistratum, imò fortassis etiam plures.

De Senatu sive Consiliariis.

CAveat majestas, ne tantum suæ prudentiæ tribuat, ut aliis aures occludendas esse existimet; quin potius bonos & prudentes viros sibi adsciscat, quorum ope & consiliis rebus agendis tutò uti possit. Hinc *Senatum* dicimus *cœcum selectorum virorum*, qui quomodo Resp. pacis vel belli tempore administranda sit consulunt. Dico *selectorum virorum*. Majestas enim

K § nim

nim consiliarium non unum sed
 plures adhibeat: (neque enim fie-
 ri potest, ut unus accuratè Rei-
 publ. causas vel negotia in totum
 inspiciat) *eligat* ætate stabili & ne-
 gotiis aptos maximisque ingeniis
 præditos; bonis artibus excultos;
 longo rerum usu peritos; in histo-
 riis versatos; neque præsentia tan-
 tum sagaciter odorantes, sed quod
 utile sit futurum Reipublic. conje-
 cturâ providentes: *cives peregrinis*,
 nisi singularis circumstantia & ne-
 cessitas diversum postulârit, *pre-
 ferat*: (his enim Republ. constitu-
 tio quam maximè est cognita) *non
 eligat eum*, qui aliis Principibus est
 obnoxius: *Deniq;* antecessoris con-
 siliarios non facilè dimittat (exin-
 de enim subditi Reipubl. mutatio-
 nem ac libertatis solitæ oppressio-
 nem suspicabuntur) nisi necessitas
 Reipubl. reformationem postulet.
A consiliario però requiritur, ut sit
 secreti

secreti tenax & præstet silentium :
 Opinionem propriam lubens
 cum meliore commutet : statum
 Reipubl. sciat : præcipitantiam ca-
 veat, celeritatem tamen, cum pe-
 riculum in mora est, adhibeat :
 semper in senatum veniat, licet sci-
 at aliquid tractatum iri, cui salva
 conscientia assentiri nequeat : cum
 aliorum Principum legatis priva-
 tim non agat ; extra senatum præ-
 sertim in convivis de Repub. non
 disputet : non dicat quod audire
 Principem velle coniectat, vel
 quod dubium : ad frontem Regi-
 am sententiam non dicat, nec con-
 vitiis agitatus à recto discedat,
 &c.

De Legibus.

Imperatoriam majestatem non
 armis solum, sed & legibus de-
 coratam esse oportere, testatur
Justinianus initio suorum jurium ;
 K 6 sunt

sunt enim leges muri ac propugnacula otii ac tranquillitatis civilis. *Pomp. Laetus*. Accipitur autem vox leg. potissimum tripliciter 1. *latissime*, qua dici potest iustum à summa maiestate promulgatum ob bonum totius Reipubl. ita ut eam iustam aut iniustam esse ex accidenti sit. Et in hac significatione omnes leges, quæ apud gentes permiserunt furta, adulteria, vivorum sepulturam &c. fuerunt leges. Nam sicut de essentia hominis quidem est rationalitas, non tamen de essentia animalis; ita quamvis iustum sit essentia legis divinæ aut naturalis, non tamen de essentia legis ut sic, non aliter etiam, *ut supra diximus*, iustitiam non esse de essentia Reipubl. generaliter acceptæ & aliud esse bonum civem, quam bonum virum. Nam qui in populari statu maximò libertatem spectat ac defendit,

ferendit, is quam maximè bonus civis est, sed non semper vir bonus. Hinc etiam nonne ferendæ leges semper sunt, quas justissimas esse constet, sed quas civitas ferre possit. *Secunda* legis acceptio media est, quæ dici potest regula recta, præscribens solum justa prohibens injusta. *Tertia significatio est strictissima* quatenus à Jctis contra distinguitur plebescito, Senatusconsulto, edicto prætorio &c.

Uti autem in prima acceptione lex (quæ juris intimatio est, & ab hac differt, ut signum in signato) abstrahit à justo ac injusto, ita & jus; hoc enim dicitur non id solû, quod revera justum est, sed quod quis se habere ominatur. Huc referimus jus Regium, 1. Sam. 8. §. 1.

Causa efficiens legum positivarum est majestas Reipubl. uti supra diximus sect. 2. c. 1. m. 3. quam quia denegamus Pontifici Rom, hinc
NEC

nec potestatem νομοθετικήν ei concedimus.

Materia in qua est sola rationalis creatura. Dico sola rationalis. In bestias enim nulla cadit lex, nullum jus, uti nec sunt capaces injuriæ, nec indifferentes ad agendum & non agendum, sed positæ omnibus ad agendum requisitis non possunt non agere. *Dico 2. Creatura.* Nam Deus nulli legi subiectus est, sed ipse sibi lex. *Materia circa quam fit objectum legum est vel personale, vel reale.* Personale sunt omnes cives legislatoris subiecti jurisdictioni. Reale sunt res de quibus leges possunt ferri? & quidem tales quæ à nobis fieri possunt. *Forma legis* nō est alia nisi norma ac mensura actionum coactiva: coactione non physica, sed politica. *Finis* est salus Reipublice sive bonum publicum & subditorum.

Effectum legis primarium est obligare

ligare actus externos Interni enim à solo DEO judicantur ; nec in legislatore potestas coactiva, ut e.g. amare se adigat. Quia tamen leges humanae si sint justae, habent vim à lege aeterna, à qua derivantur etiam, mediante illa conscientiam obligare dicuntur. Quod enim diximus internos actus non posse cogi à majestate, id de actu Phifico est intelligendum, non morali, hoc enim modo subdito imperat majestas, ut si non obediat, propriae conscientiae testimonio intelligat se peccare.

Cæterum sine promulgatione lex quidem esse potest, & obligare ad culpam, non tamen ad poenae executionem ; ignorans enim *invincibiliter* excusatur. Ne itaque ignorantia quenquam excusare possit, debet fieri promulgatio signo, quod ab omnibus percipi possit. *Non tamen ex eo concludendum,*

dum, scripturam esse de essentia legis :
 potest enim innotescere subditis &
 promulgari, si vel maximè non re-
 digatur in scripturam. Lacedæmo-
 niorum ll. in scripturam nunquam
 fuerunt redactæ. Utilissimum ta-
 men erit legem esse scriptam, ut le-
 gulejis syllabarum aucupium præ-
 scindatur.

Quia verò legislator (homo) in-
 finita non est præditus prudentia,
 ut providere omnes casus ac cir-
 cumstantias possit, ideò mutatis
 his & ll. sunt mutandæ; non tamen
 facilè, sed cum inevitabilis id re-
 quirat necessitas.

De Præmiis & Poënis.

Florentes & beatæ sunt Respu-
 bl. *inquit Demosth.* quando ci-
 ves omnes pœnarum metu à ma-
 leficiis abstinere, & præmiis invi-
 tati officium facere student, Uti
 autem præmia quæ majestas con-
 fert

fert sunt maxima, ita & pœnæ sunt
 varii generis. *Quædam* concernunt
famam, ut infamia, capitis diminutio
 &c. *quædam bonæ*, ut mulctæ pe-
 cuniariæ, proscriptionis honorû &c.
quædam verò corpus: *æq;* sunt *vel*
non capitales, quibus corpus qui-
 dem affligitur, non tamen vita ho-
 mini eripitur, ut fastigatio, mem-
 bri mutilatio, &c. *vel capitales*, ulti-
 mum capitis & vitæ supplicium
 complectentes. Omnium harum
 pœnarum *fines* sunt potissimum
 tres: 1. *υποδείξις*, ut cautius mercari
 discant. 2. *πυρωγία* ut læsæ parti sa-
 tis fiat. 3. *παράδειγμα*, ut reliqui
 exemplo terreantur.

In pœnis verò majestati sequentiæ
sunt observanda, ad pœnas capita-
 les rarò & tardè accedentû: Quem-
 admodum Medici omnia prius
 tentant, antequam ad unctiones &
 sectiones descendunt: sic Princeps
 cogitet satius esse vitiosas Reipubl.
 partes

partes sanare quam exsecare. 2. Ex
 meris præsumptionibus, nemo ad
 pœnas capitales damnandus. 3.
 Respiciendæ sunt circumstantiæ
 personarum & delictorum. Ut vi-
 ta antea acta, propositum facti ite-
 ratio, vitium naturæ. Reipubl. Sta-
 tus an tranquillus, an verò pertur-
 batus &c. 4. In ipsa pœnarum ir-
 rogatione commiseratio majesta-
 tis elucescat, ne reorum pœnis de-
 lectari videatur: Hinc 1. non irro-
 get facile pœnas graviores, quam
 quæ h. sunt definitæ. 2. Nec spectet
 supplicia, ne ex illis voluptatem a-
 liquam capere videatur. 5. In ca-
 davera maleficiorum supplicio af-
 fectorum non est læviendum. Fe-
 rinæ enim est rabiei & crudelita-
 tis, ne ipsa quidem morte satiari
 posse, sed in mortuorum cadavera
 injurium esse. Quod verò corpora
 suspensorum in patibulo, vel tota
 fractorum in sepulca relinquan-
 tur;

tur; illud probabilem habet ratio-
nem, ut se alii ab eisdem facinori-
bus conspectu deterreantur.

De Ærario & Tributo.

ÆRarium & Fiscum ajunt dif-
ferre. Illud majus est, hic mi-
nor: illud Reipubl. hic Principis:
illud ordinariorum & certorum
redituum hoc extraordinariorum.
Sed pro iisdem sæpè numero acci-
piuntur. Ærario autem quam ma-
ximè opus est Reipubl. polyt. lib.
6. propterea putat Romanos po-
tentiores factos Spartanis, quod
illi ærarium habuerint, hi verò nō.
*Varii autem modi dicendi æarii oc-
currunt. 1. Ex agris publicis. 2. Ho-
stium spoliis. 3. Amicorum largi-
tionibus. 4. Sociorum vectigali-
bus. 5. Mercaturâ. 6. Ex earum re-
rum, quæ aut evehuntur æstima-
tione. 7. Ex subditorum, argente
sc. summa necessitate, tributis.*

Tri

Tributa verò exigantur, I. non pro qualibet re, Ita e.g. in solens est exaggeratio. 1. ex iis quæ ad victum vel usum proprium inferuntur. *l. si publ. §. 1. ff. de publ. & vectig.* 2. ex sordidis; quæ tamen mediocri necessitate publica, fiunt honesta: cur enim non vendas lotium, ut subditus defendatur, nec pauper moriatur. 3. ex iis, quæ illicita & planè prohibita sunt; sed pro illis potissimum, quæ ad corrumpendos civium mores, ad luxum, delicias, libidines spectant; Sic enim & ærario consulitur & Reip. vitia corriguntur. III. In tributis observandæ facultates civium, item æqualitas, & Geometrica scil. non Arithmetica. IV. Parvis sumis tributum dividatur, *sed de his vide Dd.*

De Armamentario & Armis.

Opus armis & armentariis ad terrendos hostes; ad animandos

dos subditos & amicos ad defensionem patriæ; ad recuperationem eorum quæ amissa, ad pœnarum irrogationem. Per arma autem non tantum intellecta volumus, gladium, hastam, lanceam, sagittam, bombardam, pugionem &c. Sed una cum his & similibus omnem apperatum bellicum, qui necessarius ac ducendos milites ad castrorum metationem, & obsidiones & propugnationes urbium, ad pugnas & prælia, quorum instrumentorum summa est varietas.

Armamentarium verò ædificia non nisi munitissimis in locis, nec in finibus: sed in meditullio regnorum instruenda sunt: ne si in hostium potestatem veniant, nostrum ipsorum pennis capiamur *ut proverbium habet.*

M. M.

De

Fundamentis oc-
cultis.

DUplex in omni Republ. tem-
pus gubernandum est pacis
& belli. Cum igitur belli tempo-
re non semper aperto Marte con-
gredi; verum etiam callidis ac in-
geniosissimè, excogitatis insidiis
pugnare liceat: dubium nullum e-
rit, quin pacis quoque tempore
callidis & occultis consiliis status
Reipubl. sive majestas conservari
possit ac debeat. Vocantur hæc
consilia aliàs *imperii arcanis*, &
sunt occultæ rationes à majestate ex-
cogitate. Reipubl. status conservan-
di & boni publici causa.

Sunt autem *vel generalia omni-*
bus Rebuspubl. communia, vel
specialia, singularum formarum
propria.

Gene-

Generalia.

Primum fundamentum reli-
 quorum omnium est *simulatio*
 cum aliud spectamus & quæri-
 mus, aliud ostendimus & præ no-
 bis ferimus, quod sæpenumero
 honestè fieri posse in Ethicis do-
 cuimus. 2. Arcanum generale
 ex primo fluens, est, offensas, do-
 lores, iram, odium, inimicitias,
 interdum etiam gaudium, bene-
 volentiam, amore obtegere q. &
 celare. 3. Eos, cum quibus agis
 præsertim si cum Cretensi, spe fal-
 sâ producere. 4. Adversarios di-
 strahere & disjungere, serendis in-
 ter ipsos & alendis factionibus.
 5. Eos, qui alieni sunt juris ad nos
 pollicitationibus & præmiis alli-
 cere & ad nostros adjungere usus,
 & quæ sunt similia.

ARCA-

Arcana Specialia & quidem Regia.

HÆc concernunt Regnum vel Successivum, vel Electivum. In regno successivo plurimum possunt; 1. majorum si servet statuta & instituta: ita tamen ut temporari etiam ad novos rerum casus interviat. 2. si non temere consilia-rios Antecessoris dimittat, vel paternos amicos repudiet.

In regno nuper parto vel electio sequentia *contra patricios*, sunt observanda. 1. Is qui affectat Regnum ex angusta & splendida familia se oriendum spargat; aut ex ejusmodi familia aliquam in matrimonium ducat. 2. Imperium oblatum non protinus suscipiat, sed ut subditorum animos expiscari, sibi que magis confirmare valeat, deliberando tergiversetur. 3. Quærat prætextum *partii*

parti Imperii, ut jure factum videatur quicquid factum, licet vis & fraudes sæpè interveniant. 4.

Cognomina ac titulos Principi convenientes non statim sibi imponi concedat. 5. Magistratus, loco ubi placuerit, ipse creet sibi & imperio faventes, alios pristinae libertatis memores, quique magna pollent auctoritate vel non eligat, vel, si eos præterire non possit, annuos eorum Magistratus constituat.

6. Caveat, ne tum senatores, tum magnæ auctoritatis viri, & alii, qui olim ditiores, inopia premantur; id enim sollicitat eorum animos ad recuperandam felicitatem priorem & ad res novandas.

7. Prohibeat, ne viri illustres abeant peregrè, vel ad exercitium commeent. Per has enim iritiones & militum & aliorum studia, ad res turbandas colligere facile possunt. 8. Caveat, ne aiquis civitates

L

muni-

muniat, & arces extruat. Denique
 9. ut patriciis vel populo majesta-
 tem eripiat, certam imperii here-
 dem ac successorem constituat.

Arcana quæ populum in statu
 Regio quam maximè spectant,
 sunt 1. paulatim aptis temporibus
 populi libertatem non vi, sed oc-
 cultis consiliis, infringat ac con-
 stringat. 2. obsequiosos & sibi fa-
 ventes magnificiat. 3. reliquos,
 qui oderunt præsentem statum, vel
 in bellum mittat, vel aliis negotiis
 onerat, ita ut nunquam ipsis oti-
 um de libertate democratica co-
 gitandi relinquatur.

Arcana Aristocratia.

HÆc diriguntur vel contra
 Regem; sive Regnum, vel
 contra populum, sive Democrati-
 am.

Contra Regnum potissimum hæc
 sunt: 1. Cavere ab iis qui originem
 à Re-

à Regibus & Principibus ducunt.

2. Cavere, ne unus optimatum auctoritate & potentia nimium crescat.

3. Si verò quendam crevisse

cognoverint, hunc vel privato ho-

nore onerare, vel ad tempus (dan-

da autem opera, ut justo tempore

revocetur, ne invictam cum Cæsa-

re sibi potentiam colligat) extra

civitatem & in bellum mittere, vel

relegare. 4. uni diu imperium præ-

sertim bellicum non concedere.

5. Prohibere ne optimates cum

Principibus amicitiam privatam

& affinitatem contrahant. 6. Non

pati, ut duo vel plures ejusdem fa-

miliæ eodem tempore vel Magi-

stratu funguntur, vel in senatu lo-

cum habeant. 7. Non concedere

ut patricii nimis splendide & qui-

dem in locis munitis ædificent.

Contra plebem hæc diriguntur. 1.

Conjugia optimatum cum plebe-

is prohibere. 2. Si quæ familia pa-

L 2

tri-

triciæ intercidant, novæ surrogan-
 dæ sunt, ne redigantur ad paucio-
 res, & populo cedere cogantur. 3.
 Consultum est varios ordines civi-
 um constituere, ne facile conspire-
 tur. 4. Quia multa sunt, quorum
 administratio non habet dignita-
 tem, sed aliquod lucrum, ea subdi-
 tis industriis demandari convenit.
 Ita enim populus non existimat es-
 se Aristocratiam, & spe affecti mul-
 ti optimaribus favent. 5. Non se-
 rendum, ut conventus occulti &
 quidem nocturni fiant. 6. Ut ante
 optimates civium industriam o-
 perâ in villis, agris & cæteris rebus
 curandis, eosque honesto profe-
 quantur stipendio; mensæ etiam
 interdum adhibeant, qua ratione
 magnam civitatis partem rei fa-
 miliaris communicatione sibi ob-
 strictam tenebunt. 7. Quod si plebs
 Aristocratia infidetur, atque ali-
 quos interficere nobilitati desiderat,

id agant optimates, ut optimi qui-
que & gratissimi ex nobilitate sint
competitores, e plebe autem con-
temptiores.

Arcana Democratia.

Hæc diriguntur aduersus supe-
riores, ad quos ne devolva-
tur imperium, probè videndum.
Idque fiet 1. Si huic statui faventes
in Magistratum eligant. 2. Uni ve-
rò aut Patriciis solis non conce-
dant. 3. Si annuorum possessio &
usus sit penes populum. 4. Si Re-
gum imagines demoliantur, bona
publicentur, memoria deleatur. 5.
Si populus liberam linguam & ac-
cusationes conseruet. 6. Si cave-
ant, ne cives externa admirentur,
exterisque Principibus adulentur.
Et 7. ne intestina bella excitentur,
vix enim componi possunt, nisi
imperio ad unum devoluto.

Fundamentis per acci-
dens Rempub, constituenti-
bus & conservanti-
bus.

Fundamenta Rempubl. per ac-
cidens constituentia & conser-
vantia respiciunt morbos *vel* inter-
nos *vel* externos. Internorum cau-
sa sunt *vel* subditi, *vel* imperantes,
vel subditi & imperantes simul.
Subditi in causa sunt, cum sparsis
discordiarum igniculis seditionē
mox excitant. Hujus remedium
consistit. 1. in præmunitione, ne
seditiones excitentur. 2. in emen-
datione oportuna, priusquam
motus incipientes sumserint vires.
3. in poena & supplicio exemplari
in quo tamen videndum, ne ultio
sit præpropere, & ut capita tan-
tum è medio tollantur, 4. in pa-
tione

etione temporaria, ut animi dissidentes paulatim coalescant. s. in bello, quo certandum si vires egerit seditio.

Imperans causa everfionum Rerum publ. existit, si Imperii fasces intempestivè (Turbatâ scil. Republ.) deponat, leges diuturno usu comprobatos abroget: crudelitatem exerceat: minus necessaria & viribus majora temerè suscipiat, & quæ sunt alia innumerabilia ferè Pharmaca horum & similia morborum sunt, si imperans justo tempore fasces imperii deponat: nec leges veteres abroget, nisi aut utilitate summa suadente, aut extrema necessitate urgente, Contra crudelitatem verò & alia superioris flagitia, consultum est Ephoros constituere, quorum erit sedulo cavere, ne imperantes degenerent faciendo vel omittendo, quæ minus decent; subditis sævitiâ op-

pressis opem ferre, aliaq; periculâ
avertere.

Subditi & imperantes simul ever-
sionum Rerum publ. causa existunt, si
potentia sua superbi & securi, nul-
la sana admittunt consilia: Si otii
dulcedine molles rerum necessa-
riarum curam deponant. Remedi-
um hic utile erit, si tum imperantis
tum obedientis potentia quodam
q. freno constringatur, & uterque
vel præmiis vel pœnis ad necessa-
ria invitetur.

Externorum Reipubl. morborû
causa sunt sociorum vel ad hostes
desidentium, vel suppeticas nobis
ferre recusantium, defectio: Pere-
grinorum irruptio: Bellorum ex-
ternorum diuturnitas. Efficacia
remedia horum sunt; socios co-
mitter habere: cum vicinis aut in
proximo habitantibus fœdera ini-
re: æquæ pacis condiciones vel
quærere, vel si offerantur, accepta-
re.

re. Sed de fœderibus & bello ulterius agendum erit.

De

Fœderibus & Legatis.

Fœderibus nihil ad potentiam est efficacius: imò plus illis quam bellis proficitur. Est autem fœdus *vel defensionis*, quod contrahitur propter mutua auxilia: *vel commerciorum* propter commercia institutura: *vel utriusq; simul*, quod sancitur *tum* ad præstanda mutua auxilia, *tum* etiam ad commercia liberè exercendo.

Magna autem in pangendis fœderibus opus circumspectione, i. videndum ut utrique sit utile aut necessarium, alioquin diuturnum non erit. 2. non facile fœdera inter diversos Republ. status ineunda. 3. sine urgente necessitate atq; evidenti Reipubl. utilitate infideles non sunt in fœderis societatem vocandi.

L §

Ad

Ad foederum la. & tionem alio-
rumq; negotiorum executionem
opus habet Respubl. *legatus*. Ho-
rum conditiones sunt. 1. publico
nomine mitti à principe summo
(dicuntur tamen etiam Principes
& status imperii nostri mittere le-
gatos; respectu enim suorum ter-
riteriorum jura majestatis obti-
nent) aut Respubl. libera. 2. ad prin-
cipem & populum, qui est sui ju-
ris. 3. publicæ non privatæ rei gra-
tia. 4. Solemniter & cum quadam
dignitate. 5. sine imperio. 6. cum
mandato; quo deficiente ipsa de-
ficit legatio, & quo omnis licentia
ex sese agendi illis est adempta. *Di-*
stinguitur itaque 1. *Legatus à Nun-*
sio, ille semper publica indutus est
auctoritate, hic non item. 2. *à De-*
putatis, a legatis, qui *vel* à superio-
ribus ad subditos, nec raro cum
imperio; *vel* à subditis ad superio-
res mittuntur; neque semper pu-
blica

blica tractans negotia, sed frequentissime privata.

Cæterum maximas immunitates & privilegia summa competere legatis certissimum est, 1. De jure civili per l. 8. §. 1. ff. de legat. l. 3. Copic. eod. Vacationem à muneribus Reipublic. optinent, non modo in ipsa legatione, sed & biennio post. 2. Non coguntur durante legatione subire dubiam judiciorum aleam. l. 2. de judic. 3. dum adsunt, si conveniantur domi non coguntur mittere procuratorē. 4. Quod si damnum fuerint passi, ad restitutionem possunt agere. l. 1. l. 8. l. 26. §. final. ex quibus causis major. Quod tamen privilegium restitutionis cessat, si damnum passuri fuissent, etiamsi Reipubl. causa non abfuis-
sent, l. 44. c. all. 5. Tacita omnem conventionem legati salvo condu-
ctu & securitate gaudent. l. final. ff. de legat. Imò sunt, qui justiore

belli causam nullam dant, quam legatorum violationem; intellige à Principe sive Republ. factam, nō verò privatâ personâ.

De Bello.

Bellum illicitum qui asserunt, residuum imaginis divinæ tollunt; quia enim injustæ violentiæ amolitio in reliquis imaginis divinæ fundatur, gentiles saniores homicidia quidem vitarunt, bella tamen secuta fuerunt, Deo hoc ipsorum institutum nusquam improbante.

Ut verò bellum sit legitimum & justum, necesse est ut legitima sit 1. *Causa.* 2. *Modus.* 3. *Intentio sive Finis.*

Causa nomine venit cum efficiens, cum impulsiva. *Efficiens est* Respubl. ab alio jus non accipiens, sed *summa potestate pradita.* Unde jus belli inter Regalia refertur, & Il. Romanæ, pro latrocinio & non bello

bello reputant, quod non ab ipso populo (tum temporis rerum summam tenente) indictum est, l. 1. 184 ff. de V, S. lex quoque Julia eum majestatis tenet, qui injussu Principis bellum gerit. l. 3. ad l. Jul. Majest. neque imperii nostri statibus bellum gerere permissum est, nisi formam in constitutionibus hinc inde expressam observarint: propter periculum tamen subitum, quin injussu Principis bellum suscipere possint, non dubito. Si enim homini privato in subita violentia contra latronem sese defendere absque consensu superioris sit concessum, cur non illis, qui partem Reipublicæ nostræ tenent, publica defensione tali in casu erit concedenda.

Quod si verò inferior oppugnet superiorem, & subditus arma capiat adversus. *Magistratum ut talem,* non bellum, sed seditio erit, quinque ordinationi divinæ resistens, & pote.

potestatem publicam sibi arrogans. Dico, *ut talem*. Quamprimum enim Magistratus Reipubl. querit everisionem, non in plus est ordinatio divina, sed omnia majestatis jura amittit, & non immerito reputatur pro Reipubl. hoste, cum etiam sese bello rectissime opponunt subditi, ad quos tali in casu summa redit Reipubl. potestas.

Causa impulsiva quoque esse debet legitima. Quemadmodum enim majestas non potest contra quosvis privatos gladium stringere, sed oportet accedere delictum supplicio dignum: ita neq; habet potestatem contra quosvis bellum indicendi, sed accedere oportet justam ac legitimam causam, quae potest esse triplex. *Prima est necessaria defensio religionis, patriæ, parentum, uxorum, liberorum, cognatorum, confœderatorum, &c. imo & illorum, qui humanitatis*
jure

jure nostrum implorant auxilium: si scilicet injustè illos oppressos esse constet, si hostis victoria nobis maxima futura sit incommodo, aut periculo, si vires nobis suppetant; si fœdera aut causæ aliæ minimè impediant. *Dixi modis religionis*: in quo tamen bello non hoc præcipuè quæritur; an Religio in se ac per se armis ac vi corporali sit defendenda; sed an subditi ob religionis professionem & exercitium injustè oppressi, à Magistratu contra vim allatam sint defendendi? Hoc est quod dicimus & affirmamus. (*)

Secunda causa est vindicatio iusta ob legatorum, pactorum violationem: cum hostibus conjunctionem &c.

Tertia est ablatorum & injustè possessorum recuperatio. Reipubl. enim inter alia est videre, ne singulæ partes decerpantur, & sic sen-
sim

sim sublati partibus tandem totum intereat.

Ad alterum requisitum, modum (β) scilicet finita referuntur: de quibus si declamitare velit homo S. hotasticus, nihil hoc aliud esse videtur, quam si mulus onerarius inter equos bellatores lasciviat, aut lepus inter leones nugetur & garriat. Hoc unicum dicimus. *Stratagemata* non solum esse licita, sed & illorum gentem usum (γ)

Populi Romani varia stratagemata fuerunt, quorum hoc ferè primarium, ut non facile bellum inirent, aut novam provinciam tentarent, nisi in ea vicinos amicos haberent.

Fraus licita est ut mentio induciarum & pacis inducatur, donec vires parationes sint, aut ut hostium animi languescant, & pacis dulcedine allecti curam belli emittant.

Quidam munitis castris, nocturnis tumultibus insomnem hostem fatigaverunt, Oyis

Optimum stratagemata est, ut caveantur stratagemata.

Si quis inter montes & flumina, aut hostiam praefidia conclusus, evadere se posse desperat, omnia ostendet quae per avia evasurus, interim ea clam, quae ad pontes & tranandum flumen pertinent, peragat, atque alia parte minatus, alia fugiat.

Ventum ad Cannas Hannibal expectavit, & eare vicit.

Cimbris solis auxilio usi sunt, ut repercussu radiorum oculos hostium perfringerent.

Spargere quaedam subito ad animandos milites terrendosque hostes interdum solent. Ut ducem hostium cecidisse; Memnon Rhodius hostibus persuasit, seditione suum militem labomre, atque ita in campos elicuit.

Quidam suis persuasit, unam hostium legionem a se pecunia corruptam ad prodicionem. Hinc alacritas & victoria.

Insigne stratagemata est Titi Didii, qui

qui cum sciret legionem intercipientem, simulavit se pugnare velle, productoque exercitu, hostem à cura legionis intercepta advertit.

Superstitione hostium multi ad sua commoda usi sunt.

Cæsar cum sciret legem esse Germanis non pugnare decrecente luna, impeditos religione vicit. Sed de aliis ut & stratagematibus obsidentium & obsessorum pluribus jam agere compendii ratio non admittit. Vide Historicos.

Hoc moneo, probe videndum, ne stratagematibus. 1. fides data frangatur. (d) 2. jura belli violentur. 3. dignitas ducum labefactetur. (i) 4. dolus malus admisceatur.

Proditores quia perjurium committunt (liquidem ad patriæ salutem & defensionem obstricti tenentur juramento) & jus natu-

ra

ra violant, non defendendo patriam; idcirco illis non utendum. Explorationis usus est pars militaris prudentiæ, ut ergo in justo bello vi & armis licet hostem oppugnare, ita & hoc prudentiæ actu.

Intentio sive finis belli debet esse pax. Hunc finem Dux & Princeps sibi semper habeat primario propositum; non autem ut impetii fines dilatet, aliis nocumentum adferat, vel gloriam nominis sibi comparet.

NOTÆ.

(a) Omni enim jure injustam vim repellere etiam privatis conceditur. Est autem vis in justa quæ propter religionis exercitium publicum hominibus inferitur. Qua de causa laudantur Maccabæi, quod propter Religionem in Judeos sævienti Antiocho fortiter restiterunt, 1. *Maccab. 1. & 2.* quod ipsorum factum jam dudum à Daniele prævisum c. *et. 5. 57.*

Uti

(β) Utri præferendi, extraneinè an indigenæ milites, five subditi, quaeritur? Plerique omnes Politici pro indigenis concludunt: quamvis nec pro peregrinis rationes defint. Et sane necessitas sæpius peregrinum exposcit militem, indigenarum vel non sufficiente copia, vel peritiâ militari deficiente. Et tum inter alia sequentia probè sunt attendenda. I. Copiæ extraneæ minores sine interranis, ita potestas opprimendi alios præripitur extraneis, & si quid gravius admiserint, facile poterunt coerceri. II. Extranei milites sint ex locis & contöderatis. III. Iple Belli Dux esto potius indigena, quam peregrinus. IV. Consultum fuerit extraneos non simul jungere, sed cum indigenis miscere; ne scilicet conspiratio, proditio, aut defectio ab illis fiat.

(γ) Stratagemata simularâ arte, prudentiâ & solertiâ singulari, vel in cavendo, vel in opprimendo hoste excogitantur ac perficiuntur. Et illa DEUS ipse mandavit ac prospero successu beavit. vide Josu. 8. 5. 2. 22. 23. Judic. 20. 5. 19. 35. 2. Sam. 5. 5. 23. 29. Gen.

25. Gen 14. §. 15. 26. Et profecto nihil gloriosius bono duci, quam cirra suorum cadem & sanguinem hostem cadere, & absque periculo victoriam comparare.

(d) Benè Thom. Aquin. 2.2. q. 40. art. 3. Dupliciter aliquis potest falli ex facto, vel dicto alterius. *Uno modo* ex eo quod ei dicitur falsum, vel non servatur promissum. Illud semper est illicitum: & hoc modo nullus debet hostes fallere: *Alia modo* ex eo quo ei propositum aut intellectum non aperimus. Hoc autem non facere tenemur, &c. Et talis occultatio pertinet ad rationem insidiarum, quibus licitum est uti in bellis justis. Nec propriè hujusmodi insidiæ fraudes vocantur, nec justitiæ repugnant, nec ordinatæ voluntati. Effet enim inordinata voluntas, si aliquis vellet nihil sibi ab aliis occultari *Hec ille.*

(e) Absit ergo omnis vitis & abjecta rario, quæ vel veneno hostem tollat, vel sicariis clam immissis, vel aliâ quavis arte veteratoriâ. Ita Imperatoris famam puram conservarunt *Camillus & Fabricius*, quorum
ille


ille Faliscos, hic Pyrrhum Regem
proditoribus eorum victis remis-
sis, à civium machinationibus tutos
præstiterunt. Unde de hoc Pyrrhus:


*Hic Fabricius ille est, qui difficilius ab
honestate, quam sol à cursu averti potest,*


Val. Max. lib. 6. c. 6. Plutar. in
Camil. & Pyrrho.


FINIS.














27845

Faint handwritten text, possibly 'Halle'

ULB Halle

3

007 104 642





VD 77

1690.

Handwritten mark resembling a stylized 'L'







B.I.G.


Farbkarte #13



HIERONYMI PRÆTORI,
Professoris quondam Aca-
demie Jenensis,

THEATRVM ETHICVM & POLITICVM.

*Ab ipso Autore recognitum &
NOTIS ad Philosophia practica
intelligentiam perutilibus illu-
stratum.*



Editio Nona.

Sumptib. MATTHÆI BIRCKNERI
Bibliop Jenens.

ANNO M DC LXIII. e

1663

